*ci synecdochen putant.*

*Comparatiua asciscunt ablatiuos sine præpositione, vt honine nil miserius.*

*Adiectiui onerandi & exonerandi dignus & indignus ablatiuo, vel genitiuo adiunguntur. Sed ablatiuo lbentius vsi sunt grammatici, vt grauis annis.*

*Adiectiua quæ laudandis partibus, aut corporis, aut animi iunguntur, vel in genitiuo, vel ablatiuo ponuntur vt magni corporis. Et magno corpore.*

*Descriptiones rerum ponuntur in ablatiuo. Vt equus maculis albis.*

*Omnis exclamatio ponitur in nominatiuo, vel in acusatiuo, vt homo felix, hominem felicem.*

*Hoc nomen opus cum est erat datiuum & ablatiuum desiderat, nominatiuum aliquando.*

*Pronomen subijcitur nomini.*

*Mei, tui, sui, nostri, vestri apponuntur nominibus, cum significatur paßio. Vt amor mei. Quo amor ego.*

*Meus, tuus, suus, noster, vester, cum actio, posseßio & officium significatur, aliquando paßio.*

*Mea, tua, sua, nostra, vestra posseßiua iunguntur his genitiuis solius, ipsius, vnius. Et alijs seruata ratione numeri, mea ipsius, nostra ipsorum.*

*Nostrum, vestrum implurali genitiuo gaudent distributiuis.*

Idem datiuū et ablatiuum interueniente præpositio ne, idem facit occidenti.

Pronomina substātiuè posita gtū habēt. Id negotij.

DE VERBORVM CONSTRV- ctione, verba differunt in cōstructione.

Personalia omnia ante se habent casum.

Impersonalia omnia et quæ sunt exempta actionis non habent ante se casum.

TRIGINTA QVINQVE RE- gulæ de personalibus.

Nominatiuus præcedit verbum finitum simil numero & persona.

Prima et secunda persona fere non explicanur, nisi discretionis, aut emphasis causa.

Aliquoties verbum infinitum, aut tota oratio vice nominatiui ponitur, Vt virtus est vitium fugere.

Verba infinitiui modi pronominatiuo accusatiuum habent.

Verbum finitum sequitur aliquando nominatiuus in verbis substantiuis, reciprocis, Iudicij, et gestuū tam animi, quam corporis.

Verba infinita cum verbis optandi construūtur vtrinq; nominatiuo. Vt petrus studet videri diues, variant tamen cum datiuus interponitur. Vt non licet mihi esse diuiti, aut diuitem.

Duo verba ita coniungūtur. Vt alterum sit infiniti modi. Vt qui se peccare nescit, corrigi non vult.

Verba substantiua et vocatiua & consimilia, vt

inmodis

in modis finitis vtrinq; nominatiuū habent ita id ser uant in infinito. Vt volo ambulare lætus.

Omne verbum admittit genitiuū proprij nominis significātis locum in quo fit actio. Vt studuit Romæ.

Sum, quoties significat possessionē, aut ad aliquid pertinere, genitiuum postulat.

Verba æstimandi, vendendi, accusandi, damnandi, absoluendi, recordandi, genitiuis gaudent.

Verba omnia possunt regere datiuū, vt viue tibi.

Omnia verba acquisitiuè posita item commodan di, et incommodandi, imperandi, nunciandi, obsequij, repugnantiæ. Et quæ relationem, vel respectum ha= bent ad aliquid, itē contingentiæ. Confidendi, pro= mittendi, datiuum regunt. Qui quidem aliquando ge minatur.

Verbum est pro habeo, regit datiuum, et aliquan= do geminos datiuos. Vt est mihi curæ.

Verba transitiua cuius cunq; generis, accusatiuū postulant significantem id quod patitur, vel sit per= sona, vel res indifferenter.

Sunt quæ geminum accusatiuum admittunt, et rei et personæ. Vt doceo te grammaticam.

Quædam vtrum vis admittūt. Vt vicit te & vicit litem.

Verba, quæ significāt motum ad locum aliquem, accusatiuum postulant nominis proprij citra præpo= sitionem.

Quibuslibet verbis apponitur accusatiuus signi= ficans

ficans, spatium tēporis, et aliquādo ablatiuus, species temporis per ablatiuum exprimitur, nocte vigilas.

Quod vis verbum intransitiuum admittit accusatiuum nominis significantis eundem actum, vt viuo vitam. Endymionis somnum dormis.

Quod vis verbum admittit ablatiuum significantē qualecunq; instrumentum, aut modum actionis.

Quibuslibet verbis additur ablatiuus absolutē sumptus. Idq; quatuor modis cū sunt duæ voces. Vt me dormiente tu bibis. Me rege.

Quæ significāt motū à loco siue per locū gaudent ablatiuo.

Verba implendi, onerandi & his diuersa ablatiuū ascifcunt. Eūdem & prosequor & afficio, vescor, vtor, fungor, lætor & similia.

Passiuis additur ablatiuus agentis, sed accedente præpositione à vel ab.

Prima supina sequuntur verbum significans motū ad locum et admittunt post se eosdem casus, quos verba ipsorum.

Supina in .v. passiuæ sunt significationis, ad herēt nominibus adiectiuis.

Gerundia omnia eosdem ferè casus habent post se, quos habēt verba sua. Tēpus est in seruiendi amicis.

Gerundia in di, ante se habeēt nomina facultatem significantia.

Gerundia in do, habent ante se præpositionem in vel ab, aut dictionem, quæ requirat ablatiuum. Si autem

*tem sine præpositione ponuntur, tunc significatur modus, aut instrumentum conuertunturq; in participium. Vt tacendo refellis.*

*Gerundia in dum, habent ante se præpositiones, ad vel inter nisi ponantur absolutè, dum significatur necessitas.*

*Participia eosdem regunt casus, quos, verba à quibus descendunt.*

*Aduerbia verbis latinis cohærent. bene scribit.*

*Præpositiones cum suis casibus construuntur. Vt in ædibus.*

*Coniunctio coniungit similes casus, Et verba.*

## DE VERBIS IMPERsonalibus.

*Verba impersonalia varietatis & ornatus causa sunt inuenta, et alia sunt actiuæ vocis, alia passiuæ.*

*Est, interest, refert, cum omni genitiuo iungũtur. preterquam tui, sui, mei, nostri, vestri, quorum loco vtimur mea, tua, sua, nostra, vestra, & post se infinitiuo.*

*Licet, libet, patet, liquet, constat, placet, expedit, prodest, obest, nocet, sufficit, vacat, accidit, conuenit, contingit, conducit, expetit, displicet, euenit, restat, cessit, vertit cum datiuo, sequuntur infinitiui: vt non vacat mihi ludere.*

*Pœnitet, piget, tædet, pudet, miseret, præcedunt accusatiui, sequuntur infinitiui, vel genitiui.*

*Incipit, desinit, solet, debet, cœpit, potest hæc*

coniuncta cum infinitiuis quinq; horũ verborũ accusatiuum habent cum genitiuo vt cæpit me tædere ciborum.

Impersonalia paßiuæ vocis ab omnibus verbis tam absolutis, quam neutris datiuo gaudentibus cadunt. Constructio potius imitatur regulam paßiuorum, persona agens ponitur in ablatiuo tam singulari, quàm plurali.

## DE FIGVRATA CONstructione.

Cum sit constructio latina duplex, iusta & figurata. De iusta iam dictum est, quam breuißimè potuimus. De figurata reliquum est vt dicamus, quæ quidem intribus ad summum generibus spectatur. Numero, Genere, et immutatione.

Decem sunt figuræ constructionis, quas ita vocãt cum ab analogia, et communi regula de nominatiuo & verbo breuitatis causa discesßit consuetudo.

EVOCATIO. Verbo primæ personæ, aut secundæ præponitur nomen tertiæ vt ego Antonius lego. An sit hæc figura lege linacrum. li, 3.

APPOSITIO. Duo substantiua eodem casu iunguntur, quorum alterum exponit alterum. Vt miratur molẽ Aeneas Magalia quõdã. EPITHECE. græcè.

SYNECDOCHE. Nomen totius ad partes tãtum referimus. Vt pallidus faciem. Qui accusatiuus vertitur in ablatiuũ. An sit hæc figura. Linacrũ lege.

SYNTHESIS. *Nomini multitudinis singulari respondet verbum plurale, vbi verbum conuenit cū significato nō cum voce.* Populus currunt. An sit cō sule grammaticos.

ZEVGMA. *Multis substantiuis vnum verbum, aut adiectiuum respondet, sed ita vt verbum, siue adiectiuum consentiat cum viciniori substantiuo & trifariam disponitur* Prozeugma, mesozeugma. Hypozeugma. de zeugm

SYLLEPSIS. *Multis substantiuis ita verbum aut adiectiuum adijcitur, vt consentiat cū remotiore substantiuo. Sed præstantiore.* In persona digniore, aut genere. Pater et præceptor te vocant.

PROLEPSIS. *Nomini plurali partes subijciūtur verbo non repetito, vt aquilæ volauerunt, altera ab oriente, altera ab occasu. Est duplex explicita, et implicita.*

ANTIPTOSIS. *Contra Analogiam antecedēs imitatur casum relatiui vt sermonem, quem audistis, non est meus.* Latine. Sermo, aut quem sermonem.

ECLIPSIS. *Est Dictionis ad legitimam constructionē necessariæ in sensu defectus. Fit in pluribus orationis partibus lege Linacrum. li. 6. de Eclipsi.*

ALLOEOTIS. *Est. Quando nomen substantiuum ponitur pro adiectiuo vt Terētius.* Colaphis tuber est totum caput. i. Tuberosum, *aut quando adiectiuum ponitur pro substantiuo vt quantum est in rebus inane.* Persius. 1. quanta inanitas.

*De alijs figuris. De Hellenismo, hoc est de græca constructione, et Archaismo .i. antiqua, lege Thomam linacrum,*

*Hæc sunt, quæ ad compendiariam constructionis viã attinent, si longiora volueris per lege hunc libellum, Qui tibi de constructione octo partium oratio nis præcepta quàm elegan tissimè describet.*

# IOANNIS MALLARAE HISPALEN. DE RATIONE LILIANAE SYNTAXEOS PREFATIO.

## AD SVOS AVDITORES.

QVEMADMODVM *inter medici virtutes Ciceroni tria potissimum, scientia, fidelitas, et beneuolentia, placent. Vt ijs præditi, corporum morbis, quam diligẽtissimè suo officio functi medeantur. Sic puerorum institutores eadem ratione commendatos esse velim, vtpote quibus maiora sunt animi opera exercenda. Serpit enim latius ignorantiæ morbus quòd*

quòd sua fœcũditate plurimum valeat. Nil profecto sanitatis ex aliter instructis doctoribus proficisci potest. Qua nanq; ratione indoctus doceat? Quo animo infidus teneram adolescentiam instituat? qua deniq; charitate auarus præceptor erga discipulos erit affectus, qui potius suis quã alienis commodis inseruit? Quanuis mercede doceamus, non ab vtilitate amicitiam, sed ab amicitia vtilitatem oriri cum Cicerone statuamus. Ego vero, cui à teneris annis puerorum demandata est prouincia, illa mihi imprimis ediscenda sum arbitratus, quibus instructus officijs erga filios parentum pietati abunde satisfacerem, vt scientia fidelitati coniuncta discipulorum gratiam mihi non immerito conciliarem. Atq; ita scientia doctorem, diligentia magistrum, et pietate patrem referrem, vt admirabilibus amicitiæ vinculis irretiti suspicerent, colerẽt atq; amarent. Innascitur enim puerorum animis, si rectè instituantur, amoris quædã vis in credibilis, vt institutorem, dũ viuãt, per inde ac alterum patrem venerentur. Quod cum sæpius apud me per penderem, optimũ duxi, et rationi consentaneum aut potius pietati coniunctũ putaui, vt eos, qui literarũ studijs in hac mea schola nauare operã voluerint, mediocri sciẽtia imbutus fideliter ac beneuolè tractarẽ, vt res omnes lætã haberẽt catastrophen, eos mihi libros enarrãdos selegi, quos à doctißimis huius artis præceptoribus euolui cõperiebã, atq; vt autorũ omniũ aditus meis discipulis pateret,

*eam partem Grammatices, in qua de structura sermonis Latini agitur, maiore conatu explicandam suscepi, quod sciam totius grãmaticæ clauem esse Syntaxin, vt Philippus rex Corynthũ Græciæ clauem appellare solet. Cumq́; mihi esset in manibus liber quartus de constructione octo partium orationis Antonio Nebrissensi autore (Quem tanquã literarum parentem colimus) longe aliam ad docendum rationem ineundam putaui, nam Franciscus Scobarius præceptor meus, Rhetor eximius Lutetiæ in humanioribus disciplinis apprimè versatus qui iam suum diem obijt. Cum Barcinone agerem, hunc libellum, qui Erasmi nomine circumfertur, mihi proposuit, vt nobilissimis pueris, quos erudiendos ille susceperat, quod mihi suam vicem delegauit enarrarem, nam semper apud magistros meos eum locum tenere studui, vt nũquã me discere, quãdiu viuerem, pœniteret. Laudata igitur optimi viri nõ quidem ambitiosi ratione primus omnium apud nostrates pro quarto Antonij libro Syntaxin exponendam suscepi. Quã quidem cum scholijs cuiusdam Iunij Rabirij, & Antonij Primæi excusam accepimus adhibito Vernaculo Gallico, aut semi Hispano, vt potius risum excuteret legentibus, quam aliquid vtilitatis afferret. Cui equidem rei subueniendum primum putaui vt discipulis meis quam gratissimum facerem. Vos enim appello auditores mei, qui me sine inuidia docere sentientes cum grata animi recordatione attentissime*

*auscul-*

auſcultatis. Quorum commodis potius, quam meis, quorum diſciplinæ prius, quam meæ gloriæ ſemper in ſeruire ſtudui. Vt vobis ſemper optima proponerem ediſcenda, optimis enim, vt præcepit Quintilianus mirus dicendi idemq; docendi artifex, aſſueſcendum eſt, idem quoq; dictat ratio, tum vniuerſæ leges naturæ confirmant, tum ipſe modus expetit & ordo. De ratione igitur, modo et ordine aliquid prælibabimus vt recta inſtitutione vos ad altiora tẽdentes perducamus, ſic enim fidelitati conſulendum eſt. Ratio in primis me ad ea dictanda ſcholia in Syntaxin mouit, quæ cæteros grammaticos ſolet inducere, vt aut ſuo nomini, aut ſuorum diſcipulorum vtilitati conſulant, ne quæ antea dictarũt, perperam excepta probrum præceptori pariant, aut necubi diſcipuli benignitatem magiſtri claudi ſentiant. Tenuit enim conſuetudo, quæ quotidie magis in valeſcit, vt grammatices præceptores ſuis diſcipulis aliquid aut de etymologia aut de Syntaxi in lucem edant, et aliquãtulum in illa quam profitentur, doctrina profectus feciſſe teſtatũ omnibus relinquant. Nec ſane abhorret à ratione, vt Magiſtri, ſiquidem aliqua doctrina polleant, ea quæ per multos annos ſuis auditoribus dictauerũt publicare velint, ne ea, quæ negligentius pueri excepere, maiori dedecori magiſtro, quam emolumento diſcipulis habeantur, nec debet eſſe nobis impedimento, quod multi de conſtructione, libri circunferãtur. Ego nanq; non inuenio, ſed inuẽtis gaudeo. Legimus

*gimus in Hesiodo fortunatis ascribi, præceptis alterius vsum.*

*Fortunatus et ille, alium qui recta monentem,*
*Audit & inuentis ponit vestigia lætus.*

*Illustratus à me de constructione libellus, atq; optimè ornatus prodit, non diuersam rationem constructionis profero. Quod certè alijs meis æqualibus summopere placuit, qui grata quadam nouitate aliū constructionis modum cōstituere, quibus summa necessitudinis iura nobiscum intercedunt, velle tamen suum cuiq; est, alios alia delectant, meos discipulos ita instituo, vt eam viam ingrediantur, quam me doctiores ingreßi, maximos in re literaria progressus, fecerūt, ex quorū schola, tanquam ex equo Troiano adolescentes quam eruditißimi prodierūt, nihil enim interest an hac, an illa via Romani sermonis structuram teneamus. Cum videamus Scholasticorum magnum prouentum nobis ex hac nostra docendi ratione acceßisse. De paradoxis grammatices disputare otiosis permittamus, qui de lana Caprina rixantes apud scopulos Syrænæos per annorum Myriadas desideant. Equidem non videbor in rupes pro trusisse asellum, si ab aliorū, licet mihi sint maxime necessarij, positionibus dißideam. Nō est odio ascribēdum, si in grammaticis ab aliquo vehemēter dissentire videar. Nō enim vereor, vt ex eo aliquid offēsiunculæ inter nos intercedat. Sextus decimus agitur annus ex quo mihi grammaticalibus compedil us alliga=*

*gato pueros elementa docere contigit, liceat igitur hominem tali mercede conductum nullius addictum iurare in verba magistri. Satis iam satis spectata est mea seruitus in grammaticorum praeceptis euoluendis. Sed de his hactenus. Ad modū veniamus, quem medius fidius huius Libri autor seruauit cuius autorem Guilelmum Lilium fuisse accepimus ex Erasmi honorifica declaratione. Erat nanq; Guilelmus Lilius vir vtriusq; literaturae haud vulgariter peritus & mirus recte instituendae pubis artifex, vt Erasmico Elogio vtar. Fuit ea modestia, vt absolutum librū Erasmo emendandi causa traderet, quod solent facere viri doctißimi apud omnes fere gentes praeter Hispanam, vbi & superbiae & inuidiae plurima irritamenta tantum poßunt apud sciolos, vt viam emendationi, quae doctrinarum vitae maximè necessaria est, omnino intercluserint. Is igitur Lilius aut Erasmus Ioannis Coleti Decani hortatu, quē virum praestantißimum fuisse legimus huius libelli parentes extitere, praeclarè me Hercule actum est cum libro, quo de disceptatio multiplex oritur vt de Homeri patria, quod quantū momenti ad eius bonitatem afferat, eruditi viderint. Sunt etiā, qui constructionis nullū adhibeant modū infinitis editis, voluminibus vt prius pueri defatigati importuno labore à grammaticorum valuis discedant, quam aliquid de verborum constructione legitima et apta collocatione ediscant. Quod paßim cum ingeniti fit errore, dum longa librorum*

*serie*

ſerie et præceptorum ſarcinis intolerabili quodam diſpendio ſæpius onerantur. Iam vero non ea ratione putent quidam hoc factum, quod velim Antonij Nebriſſenſis, aut meorum præptorum rationibus aduerſari. Sūt namq; plurima ædita compluribus commentaria in quartum librum, quæ quidem poſſunt ſcholaſtici intra domeſticos parietes euoluere. Vt pernoſcant, quanto rectius conſtructionis viam hic autor videatur ſtrauiſſe. Eſt hic libellus de conſtructione tam amabili breuitate, vt nullus ſit tam lubrica memoria quin percipere breui tempore, et recitare poßit. Tam puro ſermone, vt latinißimus quiſq; non dedignetur ediſcere. Tam apta compoſitione, vt diſertißimi viri, optimiq; inſtitutoris veſtigia intradendis artibus agnoſcas. Deniq; tam admirabili methodo, vt nihil breuius, nihil purius, nil aptius, nil admirabilius excogitari poßit. Breuitas enim, compoſita apprehēdēdi anſam omnibus præbet. Verborum elegantia ad ſe lectores allicit. Compoſitio, vel ab ipſis eloquentiæ magiſtris laudem meretur. Ex quo efficitur, vt ordo cunctos doctores maximam in admirationem rapiat. Nam etiam ſi Antonius, et reliqui, quorum inſtitutum fuit verborum genera per claſſes, aut ſpecies diſponere, quartum librum ſcriptum nobis reliquit, non ideo interdixit diſcentibus, de breuiri doctrinæ ratione, quam huic libello innatam videmus. Cuius ordo & inſtitutioni & apprehenſioni maximè ſatisfaciat. Diuiditur hic conſtructio per lo-

eos communes, casibus in medium adhibitis, vt quæ sint tractanda de verbo, omnia prius autor excutiat, omnem lapidem moueat. Quam tractationem verbi exacto infinito uerbo partes uerbi sequuntur. Gerundium, supinum, participiũ, & nomen uerbale, quæ posteriora licet casibus inflectãtur affinia sunt his, cõstructionis ergò. Nominibus uerbalibus aptissimè connectitur nominis tam substantiui, quam adiectiui ratio, casuum numero apposito. Post nominũ accuratè excussas regulas appendices & exceptiones, quo artificio totius constructionis ars cõtinetur, breuiter de pronomine agit. Viso iam de partibus orationis flexilibus, ad eas, quæ minimè inflectũtur se se conuertit, vbi de aduerbio, coniunctione, præpositione, & interiectione luculentissimè tractat, ac ea breuitate disputat, vt nihil intactum relinquat. Præterea suam curam autor collocauit in quarumdam dictionum structura atq; iunctione, magnæ nanq; artis est, et ingenij præstãtis posse in oratione, quarum naturas explicamus, vt inquit Omphalius, uerba aptè struere, atq; illuminare. Quam rem procul dubio nobis coniunctionum coagmẽtatio præstat ad amussim, vt illud Lucilij apud Ciceronem exprimamus.

Compositæ lexeis sint, vt tesserulæ omnes.
Arte pauimento, et emblemmate uermiculato.

Hadrianus Cardinalis in hac aliquantulum elaborauit, poteris inde sumere exemplum orationis aptè cõstructæ methodo, apparatus, thesauros, obseruatio

nes,& promptuaria vnde Romani sermonis elegantiam expectes oportet, si volueris ex ipsorum autorum fontibus haurire. His peractis, quod ad me attinet, paucis expediam. Primum omnium velim vos in animũ inducere, me in his scholijs scholasticorũ vsui consultum ire. An est charißimi auditores, quod ego malim, quam vos, quam doctißimos ex hoc ludo ad alia euolare? Nõ ab re hunc libellum euoluendũ proposui, vt in eo Antonium, Linacrum, Vallã, vna opera tres autores de lingua latina optimè meritos explicarem. Debetis etiam plurimum præceptori meo, Egregio Doctori Leoni Caßio, qui Salmanticæ primariam Cathedram grammatices moderatur, cuius ego semper studiosißimus fui, qui me vt quã charißimum habuit, ita vos, quòd meæ sitis disciplinæ addicti, Nepotes suos appellat. Quod ex eius libro quarto multa desumpsi, quibus hæc scholia adornarem. Hunc ordinem Syntaxeos præstantißimi viri tam in latinæ linguæ quam in græcæ institutionibus apposite sunt secuti. In latina constructionis ratione ad sunt Clenardus, Cornelius, Valerius, Susembrotus, Andreas semperius, Ioannes Pellisonius et Ioannes Fernandus apud Lusitanos doctißimus, Hispalensis. Quin et Antonius Nebrissensis huius ordinis vestigia ad umbrare cœperat in regimene, cum de rudimentis agit. Quæ quidem si accuratius expreßißet Gulielmi operam minime desideraremus. Apud græcos hanc methodum imitati sunt Franciscus Vergara,

ra, vir apprime doctus, Ioannes Varennius. Iacobus Ceporinus. Atq; ipse Clenardus. Constantinus tamen Lascaris & Theodorus Gaza per species verborum genera tradiderunt. Atq; vt liberum sit de constructione alijs agere, Catalogum eorum, quos de octo partium orationis construendarum ratione mihi contigit legere, apponam libentißime. Nos autem discipuli charißimi ad ipsius literæ explanationem operam conuertamus simul vt mea diligentia, si quid scientiæ, fidelitatis, & beneuolentiæ vobis inmedium afferam, nunc demum appareat, simul vt decursis grammatices spatijs, quæ Triennio satis constat apud me circumscribi, ad cæteras artes, quæ vobis ornamēto aut vtilitati futuræ sunt, pari labore, pari que industria, dum tenera est etas, contendatis, Dixi.

## AD ZOYLVM.

NVlla mihi tecum ratio ſtat Zoile, tempus
Perdere nō ſoleo tam male, quòd nihili es
Vix tāti eſt Mordax. Vt lætas auferat horas
Vt mea ſcribentis tempora carpat iners.
Scribat, & in vulgus carmen feſtiuius ædat,
Aut opus egregium, quod pia muſa ferat.
Non equidem inuideo, licet illum gaudia vitæ
Oblectent, bene ſi ſcripſerit ipſe, legam.
Et referam acceptum, quicquid me ſedulus artis
edoceat, laudo. Dum meliora probet.
Quid prodeſt limæ, aut ſaxis infringere dentes?
Frange, ſino, amittes Zoile duritiem.
At ſi durities cordi per manſerit, vnum
Teuir ager Battum. Fœmina te Nioben.

## MODVS REPETENDAE lectionis.

1. Lectio à præceptore audita, è uestigio tibi relegẽda est, ita vt vniuersam sententiam paulo altius animo infigas.

2. Deinde à calce rursus ad caput redibis, singula verba excutere incipies, ea duntaxat inquirens quæ ad grammaticam curam attinent.

3. Hoc vbi egeris. Rursum de integro percurrito. Ea iam potißimũ inquirens, quæ ad artificium Rhetoricum spectant.

4. Hoc diligenter curato, nepigeat quarto iterare, ac quæ ad philosophiam, maximè vero ad Ethicen referri posse videantur, circunspicies, si quod exemplum, quod moribus accommodari poßit. Quid autẽ est, ex quo non vel exemplum viuendi, vel imago quædam, vel occasio sumi queat? Nam in aliorũ pulchrè, ac turpiter factis, quid deceat, quid non, iuxta videmus, hæc si facies, iam vel edidiceris, quanquam aliud egisti.

5. Tum demum si libet, ad ediscendi laborem accedito, qui tum, aut nullus erit, aut certe per quam exiguus.

6. Restat, vt cum studiosis congrediaris, tuas annotationes in mediũ proferas, vicißimq́; illorum audias, alia laudabis, alia reprehendes, tua partim defendes, partim castigari permittes.

## AVTORVM CATALOGVS, *Qui de constructione scripserunt.*

| | |
|---|---|
| *Antonius Nebrissensis.* | *Guilelmus Lilius.* |
| *Antonius Mancinellus.* | *Ioannes Susembrotus.* |
| *Antonius Polus.* | *Iodocus Badius Ascensius.* |
| *Aldus Manutius.* | *Iodocus Clictoueus.* |
| *Alfonsus Torres.* | *Iacobus Spirensis.* |
| *Andreas Semperius.* | *Ioannes Theodoricus.* |
| *Alfonsus Matamorus.* | *Ioannes Niniuita.* |
| *Augustinus Dathus.* | *Ioannes Pelliso, cōdriēsis.* |
| *Augustinus Saturnius.* | *Ioannes Vaseus.* |
| *Blasius Cerna.* | *Laurentius Valla.* |
| *Cornelius Valerius.* | *Nicolaus Clenardus.* |
| *Erasmus Roterodamus.* | *Perotus Sipontinus.* |
| *Franciscus niger.* | *Priscianus.* |
| *Franciscus Menesius.* | *Syntaxis Cordubensis.* |
| *Fr̄acis cus S̄actius brocēsis* | *Thomas Linacrus.* |
| *Ferdinandus Arceus.* | |

*Adde his omnes, qui de sermonis latini elegantia scripserunt, omnia quæ ad lexicon spectant. Præterea omnis, qui commentaria in libros æderūt. Adiuuabūt nostram operam, Thesaurus, Roberti, thesaurus Ciceronis, obseruationes omnes. Petri Nunesij, Rami & aliorum labores.*

# DE OCTO PARTIVM ORATIONIS CONSTRVCTIONE.

QVATVOR *sunt, de quibus, agit grammaticæ pars præceptiua, quam græci Methodicen vocant. Litera, syllaba, dictio, oratio, de his agunt, orthographia, prosodia, Etymologia, Syntaxis.*

*Syntaxis igitur, siue constructio, est recta partiũ orationis coniunctio, quam grammatici in autorum probatissimorum libris obseruauerunt, vel vt Aldo placet. Cõstructio, est debita dispositio partium orationis in ipsa oratione.*

*Constructio trifariam est congrua. Sensu & voce, vt Phillis amat corylos, sensu tantum, vt populus sedent, voce tantum vt populus sedet.*

*Cõgruũ et cõgruerc.i.cõueniẽs et cõuenire, agruibus dictũ est, quẽadmodũ Verrius flaccus declarauit.*

*Constructioni accidunt concordantia, & regimen. Cõcordantia est triplex, nominatiui & verbi, substãtiui & adiectiui, relatiui & antecedentis.*

*Regimen extenditur ad omnes partes orationis, exceptis coniunctione, & pronomine.*

*Constructio discitur in hoc libello trifariam, per regulas, appendices, exceptiones. Regula dirigit, appēdix sequitur, exceptio admonet de specialibus.*

GENERALIA PRAEPTA.

*Ante quàm de constructione octo partium orationis agamus aliquid peculiare, quæ generalia sunt. Præmittemus.*

1. *Numerus pluralis eundem exigit casum, quem singularis habet, vt dignus honoris, digni honorum.*
2. *Obliqui casus eundem regunt casum cū recto, vt gratus magistro, grati magistro.*
3. *Comparatiuum, & superlatiuum recipiunt eundē casum, quem positiuum, vt charus mihi, charior mihi, charißimus mihi.*
4. *Quo casu gaudet præsens indicatiui, eodem reliqua tempora, vt amo Deum, amabam Deum.*
5. *Quem casum habet indicatiuus, eundem poscunt reliqui modi: vt amo Deum, ama Deum.*
6. *Verbum paßiuum eosdem exigit casus, qui suo actiuo tribuuntur, præter accusatiuum rei patientis, vt doceo te grammaticam, tu doceris ame grammaticam.*

*His præceptis dimidium constructionis continetur, vel pars maxima.*

NOMINATIVVS ANTE Verbum.

Con=

*Constructio duplex est, iusta, aut figurata, iusta est, cui nec deest quippiam, nec redũdat, nec loco suo abest, nec immutatur.* Figurata vero, *cui deest aliquid, vel redundat, vel loco suo abest, vel immutatur, non tamen sine summorum in* Romana *lingua virorum exemplo, iusta, perfecta, legitima, usitata idem.* Figurata, *nouata, idem.*

*Sunt autem constructioni accidentia sex, casus, genus, numerus, persona, modus, & tempus, sic dicta, quod in his ferè omnis legitima constructio versatur, agendum est igitur de constructionis legitimæ prima regula, & concordantia, nominatiui & verbi.* Sex sunt ... [handwritten margin note]

# Omne verbũ antecedit nominatiuus, agentis, seu patientis eiusdem numeri, & personæ, vt ego doleo, tu gaudes, illi rident, nos fallimur.

*Inter accidentia nominis, & uerbi duo possunt accedere tantum ad concordiam, persona & numerus, de quibus in tabulis iam dictum, ne* Etymologiã Syntaxi *commisceamus. Scopus enim huius artis cõgruè loqui est, quò diriguntur omnia præcepta.* Itaq; *prima regula constructionis verbi & nominatiui nos admonet, vt verbo personali finito nominatiuus præponatur simili numero, & simili persona, si verbum fuerit actiuum, vel actionem significãs, persona*

*erit agens, si paßiuum vel paßionem significans, persona patiens, agentis nominatiuus dicitur, qui rei cuipiam dare operam intelligitur, patientis vero cui nolenti volenti aliquid fit. Dicitur eleganter, nominatiuus antecedit verbum. Præcedit, quando verbum regit nominatiuum, & sic paßiuè, nominatiuus dicitur regi à verbo, verbum ante se habet casum, post se habet nominatiuum, à fronte, a tergo. Vtrinq; verbum gaudet datiuo, asciscit datiuum, in datiuũ fertur, pro eo quod est, regit, datiuus sequitur verbum. Apponitur verbo, & verbum postulat datiuum, non autem à parte post. A parte ante, quod Barbari dicunt, tolerabilius est à parte anteriore à posteriore. His modis vtimur in construenda oratione.*

## APPENDIX. I.

Prima & secunda persona ferme non explicãtur, nisi discretionis aut Emphasis causa, vt nos accusauimus; vos damnastis, tu audes ista loqui?

*Verbis primæ & secundæ personæ pronomen non additur, quod figurate fit, est enim Eclipsis pronominum, Thoma Linacro teste, lib. 6. cap. de pronominum Eclipsi. Desunt orationi nonunquam & pronomina ferè omnis generis. Nam ante verba primæ & secundæ personæ adeo omitti solent similia demostra-*

monstratiua pronomina, vt nisi certis de causis in publica dicendi consuetudine, rarò adhibeantur, vt Arma virumq; cano. Virgilius. Paulo maiora canamus, maturate fugam. Terentius, quin omitte me, & quia de orationis, figurata coustructione pluries agendum est, necesse est prælibare, quid sit figura, quæ quidem (Autore Fabio) est aliqua ratione nouatus dicendi modus. Eclipsis igitur est dictionis ad legitimam constructionem necessariæ in sensu, defectus, sed quæ cum foris sit petenda, vel consuetudine authorum subaudiri solet. Vel quia ex cæteris verbis est certa, cùm sit Eclipsis omnium orationis partium communis, ad pronomina tantum in præsentia referēdam duco, quæ figura committitur in omnibus primæ aut secundæ personæ vocibus, nisi adsit Discretio, aut Emphasis, tūc enim exprimēda est persona. Discretio enim est, cum officia distinguimus, vt tu vigilas, ego dormio. Emphasis uerò, vt Quintiliano placet, amplior virtus altiorem præbens intellectum, quam quem verba per se ipsa declarant. Vt discretio exclusionem rerum complectitur, ita Emphasis excellentiam notat, qua plus aliquid significamus, laudandi, vituperandi ve causa. Quā vim habeant pronomina, suo loco dicemus. Ea de causa appēdix dicitur, quod regulæ generali appēdeat nō enim contrarium est regulæ subaudiri nominatiuū, sed quædam additio regulæ. Notandū etiam est vt nominatiuus primæ et secūdæ personæ ferme nō explicatur,

*plicatur, ita in multis verbũ ſub auditur, vt Linacrus notat, in cap. de verborum Eclipſi, quod Antonius innuit in regula. Nominatiuus regitur à verbo expreſſo vel ſubintellecto. Quod quidem regimẽ, ſi in quarto libro exponeret, non male ſuam conſtructionem adornaſſet Antonius.*

APENDIX. 2.

Aliquoties orationis pars nominatiui vice ponitur vt dolet mihi, quod res non ceſſerint tibi ex ſententia.

*Oratio eſt integra ſententiæ explicatio, vel eſt dictionum apta compoſitione ordinatarum comprehenſio. Vnde inepta partiũ orationis ſtructura ſolœciſmus appellatur, quemadmodum vnica dictio perperam vel ſcripta vel pronuntiata Barbariſmus, quod quidem in emendatione Epiſtolarum in ſchola noſtra obſeruamus. Oratio autem eſt quadruplex, perfecta, aut imperfecta, finita, aut infinita, ſed perfecta oratio eſt, que perfectum ſenſum in animo auditoris generat, vt ego amo Deum, imperfecta, quæ imperfectum ſenſum generat, vt cum amarem deũ. Pars igitur orationis nominatiui loco ponitur, intercedente, quòd, coniunctione, quam eleganter, vertas in infinitum, vt poſtea videbimus, vt dolet mihi, quod res non ceſſerint tibi ex ſententia. i. infortu*

*nium*

nium tuum, aut res tibi non cessisse. Dicimus ex sententia, & ex animi sententia, ex animo, trito ferè dicendi modo, idq; significat, quod ex voluntate, ex desiderio, ex iudicio, sed aliqui ineptè ad voluntatē, dicunt, præter sententiam autem, id est quod contra voluntatem, vel opinionem vel desiderium.

Sex modis pars orationis loco nominatiui ponitur. Primo integra oratio, in quam infiniti sensus resoluitur, interdū nominatiui locum occupat, appellatum vocant, est autem integra oratio nominatiui cū verbo, præcedente particula quòd, vt, ne, aut similes, vt in exemplo appendicis. Secundo omnis dictio technicè & materialiter posita, vt lego est uerbum, hodie est aduerbium. Ex quo grammaticuli conficiunt elenchum ridiculum, lego est uerbum, uerbum est nomē, ergo lego est nomen vel uerbum est nomen, & lego est uerbum ergo, tertiò aduerbia quædam vice nominis fungūtur, vt cras, satis, parum, partim. Martialis, dic mihi cras istud Posthume, quando venit?

Item verbum infinitū vt mentiri non est meum.

Quartò modo pars orationis nominatiui vicem gerit, per infinitos uerborum modos, vt scire tuum nihil est, quintò per infiniti sensum hoc est, infinitiuum cum accusatiuo à fronte, Terentius, apparet hunc esse seruum domini pauperis, miseriq;. Tyrannos viuere non expedit rei publicæ. Sexto per infinitum

cum

*cum casu à tergo. Terentius, cui verba dare difficile est, tempori venire præstat, quam serò.*

APPENDIX. 3. DE SYLEPSI.

Cum plures nominatiui ad idẽ verbum referuntur, ad hunc fere modum efferuntur, vt.
Pater & præceptor accersũt te.
Ego & tu sumus in tuto.
Tu & pater estis in periculo.
Ego, cæteri que cognati periclitamur.

*Singularitas geminata efficit numerum pluralem, quod quidem Syllepsin patitur, de qua, Aldus & Antonius, in tertio, Linacrus, in. 6. Susembrotus. Et Mercurius. Est igitur syllepsis, Dissimiliũ supposito rum per copulã iunctorũ sub plurali proprietate cõpræhensio, in qua dignius concipit minus dignum, vt ego, et tu docti legimus. Dignius vocamus personam primã, vel secundam. Est quadruplex, generum, personarũ, casuum, numerorum, vt pater, & præceptor accersunt te. Personarũ vt ego & tu sumus in tuto. Casuũ, vt Virgilius, Remo cum fratre Quirino iura dabunt. Generũ, vt vir et vxor ornati incedunt. Syllepsis idem est quod latinè cõceptio, quæ quidem etiã fit per genus neutrũ vt suo loco dicemus, in Zeugma*

te, vbi quid differant inter se, Zeugma, et Syllepsis, tractabimus. Vt fiat Syllepsis, requiruntur duo, diuersitas suppositorum, & cõnexio per copulatiuam, nõ autem disiunctiuam coniuctionem. Marcus, Tullius, Cicero, orator, non sunt diuersa supposita. Petrus, aut Martinus currit, aliter se habet. Fit etiã Syllepsis aliquando numero singulari, vt Terentius tempus locus, constitutum est, quod supra notabimus. Duo nominatiui sine copula, Appositio erit, vt postea suo loco reponemus. Qua ratione verbum personale finitũ quandoq; duos in Appositione rectos à frõte exigit, vt effodiuntur opes, irritamenta malorum. Vergilius formosum pastor Corydon ardebat Alexin, de Syllepsi latißimè leges in Susembroto.

De discrimine inter Zeugma et Syllepsin

## APPENDIX. 4. DE SYNTHESI.

Quæ per se multitudinẽ significant, aliquando numero discrepant, vt pars abiere.

Quædam sunt nomina, quæ singulari numero multitudinem significant, vt populus, turba, pars, quæ collectiua appellantur, quibus contrariam habent naturam, quæ multitudinis numero rem vnicam significant, vt Athenæ, innominato hactenus genere, ad quæ referas constructionem trifariam esse congruam vt principiò diximus, & hic esse, quod numerus significationis, et vocis dicatur. Turba enim, si significatum respicias, singularis numeri est, si vocem,

*si vocem, singularis, si vero uerbum conueniat cum significato, & non cum voce, figura Synthesis exigit, Synthesis latinè compositio est vnius propietatis cum significato vnius suppositi, vel plurium copulatorum compræhēsio. Tria requiruntur, vnum suppositum, vel plura copulata, proprietas, & quod proprietas, id est uerbum vel nomen adiectiuum vel participium cum voce suppositi discordans, cum significato eius tantum conueniat. Synthesis fit in tribus accidentibus, genere, & numero, & persona, ex quibus, quadruplex discordia notatur.*

1. In genere per se, Terentius. *Vbi illic scelus, qui me perdidit.* Liuius. li. 10. *capita cōiurationis cæsi. huc referas illud ex Apocalipsi, duodecim millia signati.* Lege Theodoricum aduersus Vallam, et Ascensium, *capite quarto, libro tertio,* Mille.
2. In numero per se, Virgilius, *pars in frusta secant,* Horatius, *missi magnis de rebus vterq; legati.*
3. In genere, & numero simul, Virg. lib. 2. AEne. *pars hominum validi.* Et sexto. *Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi.*
4. In persona, et numero simul, Ouidius. li. 21. Met. *populus superamur ab vno.* Statius, *huc omnis turba coimus, in quibus modis videndū est esse discordiam in voce, & concordiam in sensu in iisdem accidentibus. Synthesis sit necne, in paradoxis disputabimus.*

## EXCEPTIO. I.

Exci

Excipies impersonalia, quæ nullum ante se casum habent vt, tedet, piget, penitet, viuitur, statur.

*Verborum regula dicebatur olim totius grămatices contextus, vt præceptori verborum regula constet, inquit Iuuenalis, verba porro quædam sunt personalia, quædam impersonalia, personalia, vt diximus in prima regula, gaudent supposito nominatiui, impersonalia minimè, verbum impersonale dicitur, quod non admittit nominatiuum ante se secundum regulas grămatices, cuius ratione debebat habere personas, & pergræcismum habent impersonalia nominatiuum, Thomas Linacrus, infinitum loco nominatiui addidit impersonalibus actiuæ vocis, vt oportet me legere.*

*Verbũ impersonale duplex est Actiuæ vocis, quod est simile tertijs personis actiuæ vocis, vt tædet. Passiuæ quod est simile tertijs personis passiuæ vocis, vt statur, an sint impersonalia, an constructio per species recte dignoscatur, in paradoxis leges. Excipiuntur igitur verba impersonalia quæ nullum ante se casum admittunt. Antonius autem genitiuos, datiuos, & accusatiuos, impersonalibus præponi dixit, et infinita subsequi. Quod an sit verum pertinacibus discutiendum relinquamus, quod tamen hic signi*

*ficari poteſt pueris, eſt nullam certam perſonam quã nominatiuo complectamur, imperſonalibus adeſſe. Sed quandam ſignificationem incertam, voce tertia verborum. Vt pudet me cantare licet alia ſit aliorum ratio, de conſtructione poſteriore horum verborum. Suo loco videbimus.*

## Item tanquã imperſonalia vt, luceſcit dieſcit, nocteſcit, veſperaſcit, diluxit, pluit, ningit, grandinat, quæ exponuntur per verbum fit, et eſt.

*Quædam verba ab antiquis verba naturæ dicebantur, q. eorum effecta Deo vel naturæ tribuantur, quæ quidem per tertias perſonas ſingularis numeri variabãtur, vt tonat, grãdinat. Antonius in regulis, quibus initium eſt. Præterea, hoc reliquit ſcriptum. Præterea verba, quæ dicuntur ad ſolam naturam pertinere, ego non video, cur non recipiant omnes numeros, & perſonas, vt ego non grandino. Ego non ſereno, quod quidem quàm ſit rationi conſentaneum, paradoxis aſcribemus. Nunc vero tenenda erit recentiorum opinio, quæ antiquæ probatiſſimorũ autoritati ſuſcribit, perſonas tantum tertias inueniri, ſine ſuppoſito, ibiq; ſubaudiri Deum, vel naturam, Linacrus tenet in Eclypſi. Enallages, vero aut Metaphoræ cauſa, vel cum proſopopeia eſt, aliquas in eis perſonas poſſe repe-*

*se reperiri, vt rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, Valla lib. 3. cap. 41. Exponuntur autem hæc verba per nomina cognatæ significationis & fit, aut est, vt Aldus lib. 3.*

*Grandinat, atq; pluit, ningit, tonat, atq; coruscat,*
*Fulgurat, adiungas, & fulminat atq; serenat,*
*Lucescit noctescit, aduesp, atq; diescit,*
*Hoc est fit lux, fit vespera, noxq; diesq;.*

*Verba exceptæ actionis, siue exemptæ vocantur, quod horum actio soli Deo siue naturæ, non nobis attribuitur, adde rorat, stillat, hyemat, gelat, lapidat, diluculat, apud Gellium, vesperat, possunt etiam in hanc classem ascribi, et verba naturalis actus, qualia balat. grunnit, latrat gannit et similia, quod nulli animali actus ille conueniat, nisi cuius ea sit peculiaris & vox & paßio, eadem est ratio in verbis loquelæ.*

*Verba hominum vel in tertijs personis vti etiam exceptæ actionis verba citra nominatiuum enuntiantur, vt sunt, dicũt, ferũt, aiunt, clamitãt, numerãt. &c Et paßiuè dicitur, fertur, cum parte orationis pro nominatiuo, vt dicitur Regem venisse, & dicitur rex venisse, & dicunt Regem venisse.*

Item hæc, fieri potest vt fallar, fieri solet, fere fit, male sit, bene sit, nam in bene habet, subaditur res.

*His etiã modis loquendi subtrahitur nominatiuus, cuius loco aliqua orationis pars, succedit. Vt fere fit, vt homines ditioribus obsequantur, fieri potest latine dicitur, non poßibile est, haud fieri potest, nõ impoßibile, quæ nomina periphrasi, aut græce Cicero effert. Fieri solet additur infinitiuis paßiuis fere fit, Valla, lib. 2. cap. 49. Fere fit vt adolescẽtes amẽt. i. fere vbiq; fit, Liuius. i. ab vrbe condita, contrahit celeriter similitudo eos, vt fere fit, malum malo aptißimum, male fit & benefit, sed aptius male sit, & bene sit imprecantis verba de quibus Thesaurus, in male. Cicero, Male sit Antonio. i. male illi vertat fortuna, & male est Cornifici, tuo Catullo, Catullus. Male fit, benefit, satis fit impersonalibus annumerauit Aldus. Dicitur etiam cum aduerbijs. AEgre est nobis, in habet res, varia est dicendi ratio, est enim Eclypsis, in bene habet. Scilicet res, bene habet, & bene habet res, et bene se se habet res, et bene habent principia, an scin, quomodo tibi res se habet? Plautus.*

## EXCEPTIO. 2.

Verba infinitiui modi pronominatiuo accusatiuum habẽt, vt gaudeo patrem recte valere, gaudeo, quod pater recte valeat.

*Etiam si de verbo infinito dictum sit, in Etymologia, sex notanda sunt, vt plenius ea, quæ de constructione*

ctione agũt præcipiamus, quid sit infinitus modus, quot voces habeat, quot tempora, quo modo resolua tur, à quibus verbis determinetur, quem casum vtrinq; exigat, & primo quid sit, Thoma Linacro au tore primo libro. Infinitus modus est, qui agere aut pati significat, sed citra omnem numeri & personæ differentiam. Secundo voces aut habet proprias, aut ascititias, proprias in Actiua.re. sse. In paßiua, ari, eri, iri, aut, i. Alienas quas aliunde asciuit, quæ circũ loquio producta sunt, de quibus postea, cum de poste riore infiniti constructione agamus. Tertiò tempora eadem diximus esse, quæ in alijs modis. Quartò resol uitur in alios modos, præcipuè in subiunctiuum, & quidem optimè, nam et si per cæteros modos nõ igno ramus posse dici orationem, attamen non ea proprie= tate, eaq; elegantia, quã quæ per quartum modum effertur, vt scio me amare, scio quòd amem. Quintò determinatur à verbis volũtarijs, quæ græci proære tica vocãt, vt volo, cupio, desidero, opto, studeo. Sex tò ante se casum nominandi in accusatiuum mutant, habet enim infinitus modus ante se accusatiuum in personam agentem, si est actiuus. Vt æquum est me amare Deum, & per græcismum aliquando nomina tiuum. Vt Ouidius, et pius AEneas, & raptus Vly= pßis ab hoste, & genus Adrasti conticuisse ferunt. Si paßiuus, habet ante se accusatiuum in persona pa= tienti, post se verò casum verbi, à quo descendit, vt in seruire Deo homines, æquum est.

Infinitiuus sumitur septem modis. Primo pro nomine, vt scire tuum nihil est, istud viuere triste. Secundo pro præterito imperfecto indicatiui modi, vt omnes laudare fortunas meas, pro laudabāt. Tertio pro gerundio genitiui, vt sed si tantus amor casus cognoscere nostros, pro cognoscendi. Quartò pro gerundio accusatiui, vt cantare pares, & respondere parati, pro ad cantandum, & respondendum. Quinto pro primo supino, vt non veni soluere legem, pro solutum, & adsoluendum. Sexto pro participio, vt Phillida amo ante alias, nam me discedere fleuit, pro me discedente. Septimo sumitur infinitiuus propriè vt te mortem pati pro patria, æquum est.

Deniq; infinitiuus est, qui nec aliqua persona, nec aliquo numero finitur, exigit vtrinq; casum, quem diximus, vbi fiet Amphi bologia.i.dubius sermo, quādo vtrinq; fuerit accusatiuus personæ, vt video discipulos amare magistrum, vitabimus autem hoc vitiū, si mutauerimus orationes per passiuam, vt video magistrum à discipulis amari.

Infinitiuus etiam à nullo determinatur, figuratè tamē, et hoc fit tribus modis. Primo cum oratio animi affecti postulat infinitiuum, vt hæccine fieri flagitia? aposiopesis. Secundo, vt diximus, quando modus ponitur pro modo, & præcedit nominatiuus, vt Cicero. Cursare iste homo potens cum filio blando, pro cursabat, Enallage. Tertiò, quando causa redditur per infinitum, vt Plautus. Ferox est, vigintiminas tracta-

*tractare se se, id est quod tractet.* Et Terentius, *de sine* Deos *gratulãdo obtundere, tuam esse inuentam natam, id est, quod sit inuenta, de reliquis postea tractabimus, cum verbis coronidem addiderimus.*

NOMINATIVVS *vtrinq;.*

Quædam vtrinq; nominandi casum asciscũt, vt Deus est summum bonũ. Hic numus videtur adulterinus, Aristoteles habetur doctissimus. Perpusilli vocãtur nani. Studes pronus, dormis supinus, in cedis rectus.

Constructio *iusta, personalis alia, alia impersonalis.* Personalis, *aut est transitiua, aut in trãsitiua.* De *transitiua in accusatiuo agendũ est.* In *transitiua est, in qua voces ad eandem personam referũtur, eãdem q; representant, vel est vbi in eadem persona subsistit, quod quidem in se reflectitur, atq; in reciprocationem cadit, cumq; ad huc actum sit de nominatiuo ante verbum, quando nominatiuus ratione suppositi agit, nunc de verbis nominatiuũ vtrinq; asciscẽtibus.* Reciprocum *verbum est, quando nominatiuus, qui est à tergo, & qui est à frõte, referuntur ad eãdem personã.* De *reciprocatione latius in pro nomine dicemus.* Verba *igitur, quæ nominatiuũ vtrinq; habẽt,*

quadrifariam diuiduntur, sunt enim substantiua, verba iudicij, vocatiua, & quæ ad gestum & animi & corporis referuntur, substantiua sum es, fui, de quo Antonius in regula. Animaduertendum est, hoc verbum sum es, fui, post se construi cum nominatiuo vt ego sum Antonius, &c. Sunt præterea quædam alia verba, quæ dicuntur substantiua, desiderantia post se casum similem præcedenti, vt existo, exto, maneo, viuo, & similia. Sũ, es, fui, multa significat præcipue esse, habere, pertinere, æstimare, egere, de quibus suo loco referemus. Cũ significat esse, aut manet in supposito, vt Deus est, aut transit cum reciprocatione substantiui vel adiectiui, vt Philippus est rex, Petrus est bonus, composita huius verbi, in suas constructiones digesta, varia constructione gaudent. Suis in locis videbimus.

Secundò verba iudicij nominatiuum à tergo habẽt vt Antonius in parte illius regulæ. Animaduertendũ est, verba reciproca, & quæ dicuntur vocatiua, qualia sunt iudicij scribor, habeor, iudicor, agnoscor prædicor, vocatiua tertio loco, vt dicor, vocor, nominor, appellor, nuncupor, quæ quidem paßiua voce ex duobus accusatiuis duos nominatiuos accipiunt, vt Petrus habet me præceptorem, ego habeor præceptor, tu vocas me dominum, vocor abste dominus. Dicimus latinè, ego audio grammaticus. i. vocor et in reliquis. Quarto modo verba quæ significant gestum corporis, & motum animi, vel corporis Antonius. Sunt & alia,

*alia, quæ cùm ſint intranſitiua, reciprocantur tamen, vt incedo triſtis, ambulo lætus, euado doctus, Cicero.* Venio in Senatum frequens, Virgilius, *Aſt ego quæ diuûm incedo regina*, Terentius. *Redeo inde iratus, atq; ægre ferens. In quibus aduertendum eſt, aliquãdo nominatiuum adiectiuum reſolui in aduerbium vt venis ſerus, pro ſerò venio, frequens pro frequẽter.*

INFINITVN VARIANS.

Infinitum quoq; vtrinq; nominatiuũ habet accedẽtibus verbis optandi, vt Petrus ſtudet, videri vides, malim eſſe diues, q̃ haberi.

*Infinitiui etiam reciprocorum verborum, ſi determinantur à verbis voluntatem vel deſiderium denotantibus, eodem caſu gaudent à tergo, quo gaudent à fronte, vt ego volo eſſe doctus, malim te eſſe diuitem, quod ſic ſe habet, ſi verbum infinitum, & determinans optandi eiuſdem perſonæ fuerit, nominatiuus ſequitur, vt ego volo eſſe diues, ſi vero in medio eſt accuſatiuus, ſequitur neceſſariò accuſatiuus, vt volo filium eſſe doctum. Si vero datiuus in medio fuerit, ſequitur datiuus, vel accuſatiuus, vt non licet tibi eſſe indocto, vel indoctũ, vt in regulis ſequẽtibus.*

At quoties accuſatiuus anteceſſit, & ſequatur neceſſe eſt, vt malim me diuitẽ eſſe q̃ haberi.

*Hoc perpetuo accidit in infinitiuis. Vt patet in regula.*

Quædam varijs modis efferũtur, vt, non vacat mihi esse ægroto, nõ vacat mihi esse ægrotum, non vacat esse ægrotus, quanquam hoc postremum rarius est. Et, tutumq; putauit, iam bonus esse socer.

*Terẽtius in Andria, quæ se in honestè optauit parare hic diuitias, potius, quam in patria honestè pauper viuere, pro pauperem. Mercurius, lib. 4. cap. 5. Exempla multa citat, vbi poteris legere latius, quæ ad infinita verba pertinent.*

GENITIVVS POST VERBVM.

*Verborum Syntaxis, cum obliquis duplex, generalis. s. communis & propria. Generalis est, in qua casus communes verbis subijciuntur, datiuus, & accusatiuus, & ablatiuus temporis, instrumenti, materiæ, modi, actionis. Propria est, in qua casus proprij verbis adhærent, genitiuus, datiuus, accusatiuus, ablatiuus. Genitiuus qui sit, & vnde cadat, quo modo dicatur, in Etymologia visum est, constructio eius sic se habet, septem ordines verborum, possunt numerari, quæ genitiuum à tergo asciscunt, in primum cadit sum, es, fui.*

PRIMVS ORDO.

Sum genitiuum postulat, quoties significat possessionẽ, vt hæc vestis est patris.

*Multa significat genitiuus, præcipuè actionem, passionem, possessionem, officium, & alia quæ in nomine latius exponentur, cum verbo .sss. eadem ratione significat, hic liber est Virgilij.i. quem scripsit Virgilius, actio. Mors Virgilij, quam tulit, passio est. Hæc vestis est patris, quam possidet.* Hoc est officiũ *boni viri. Quibus locis possumus vti nomine possessiuo, vt liber Virgilianus, mors Virgiliana, domus paterna.*

Aut ad aliquid pertinere, vt regum est tueri leges. Non est nostræ factionis. Non est mearum virium. Non est huius loci, atque temporis.

*Ad aliquid pertinere, intellectus huius est triplex, vel significat officiũ, vel exigentiã, vt prudẽtis est, & nõ est huius loci, cũ sum, es, fui, impersonale est, vel infinitũ, vel clausulam pro supposito habet, vt diximus in nominatiuo. Nã et absolutũ reperitur, vt Cicero, apud matrem rectè est. Plinius, fœminas mutari in mares non est fabulosum. Cum genitiuo vt columela,*

*lumela, minimè rationis est, aliquando infinitum & pronomen vertitur in participiale. io.* Vt Plautus *tua indicatio est. Liuius lib.34.* Quod ad vos fertur *vestra existimatio est, iam pronomina substantiua meum, tuum, suum, nostrum, vestrum, recto in casu accedunt et cum præpositione, nihil ad rem id est nihil refert in rem nostrã. Contra naturam est, è republica est. Postremò, cum absolutè positum significat vel cõuenit, vel licet, vel opus est, aut oportet, est videre apud illos, Virgilius. Nihil est, quod pocula laudes, Horatius. Non est quod multa loquamur, Mercurius. li.3, cap.15.*

## APPENDIX.

## Item hæc duo impersonalia interest & refert.

*Hæc duo verba interest, & refert sunt impersonalia, componunturq́; interest ab inter præpositione & sum es, fui, refert à re & fero, & significãt tria statum, officium, & vtilitatem, quæ quidem à fronte requirunt vel infinitum vel clausulam, à tergo genitiuum omnium casualium dictionum, gerundijs tantum exceptis, Plinius. lib. 2.* Mundi extera indagare nec interest hominum. *Fabius. lib.9.* Plurimũ refert cõpositionis, quæ quibus anteponas, *Mercurius. li.3. cap.15. His verbis interest & refert, apponitur substãtiuũ vel propriũ vel cõmune tãtũ ingenitiuo, pronomen in ablatiuo, mea, tua, sua, nostra, vestra, cuia.*

Exce-

EXCEPTIO.

Hos tamen ablatiuos postulant, mea, tua, sua, nostra, vestra, vt minus interest mea, q̄ tua nostra nihil refert.

*Cum pronominibus tamen deriuatiuis iunguntur hi ablatiui. An sit ablatiuus, nominatiuus, vel accusatiuus, aliorum sit disputatio. Cur potius in fœminina voce, quam neutra, Valla disputat. lib. 2. capit. 1. & cap. 2. lib. 3. addit cuia.*

Quibus interdum adduntur et hi genitiui, vnius, ipsius, solius. Non tua, vnius refert, sed nostra omnium tua solius interest; tua ipsius refert, & genitiui participiorum mea refert, de vita periclitãtis. Addũtur hi genitiui, tanti, quanti cunq;, tantidem; nã cætera huiusmodi addũtur per aduerbium.

*Hæc præterea pronomina in ablatiuo posita, cum his verbis, iunguntur genitiuis, qui quidem quadruplicem habent ordinem.*

Primus

Primus ordo genitiuorum est, vnius, solius, ipsius, ad quod scire oportet, mea, tua, singulari, nostra, vestra, plurali, sua vtriq; numero inseruire. Dicimus ita, mea ipsius, nostra ipsorum, sua ipsius, sua ipsorum, nostra solum, nostra dumtaxat, nostra tantum, non solorum, non ipsorum.

Secundus genitiuus participiorum præsentis temporis est, vt mea docentis interest, tua discentis, nostra legentium refert.

Tertius modus, genitiuorum specialium, particularium, nominum & generalium, vt sua cuius q;, nostra omnium.

Quartus modus genitiuorum numeralium, cardinalium, vt nostra duorum, nostra trium.

Quintus modus potest addi, horum genitiuorum tanti, quanti, & cōpositorum, vt Valla refert, lib.3. cap.3. Pluris, parui, magni, maximi, qui etiā genitiui se orsum adiunguntur verbis, vt tanti interest Petri, quanti mea. Addūtur & aduerbia minus, nihilo, plus, maximopere, vehementer, magis, maximè.

Sunt præterea quędā particulæ vagæ aduerbijs similes, quemadmodum, quod, quid, nihil, multū, paulum, id, plus, plurimum, parum, & nequid, siquid, aliquid, quæ quidem nominatiui loco possunt poni, et tunc fiunt impersonalia.

Dicimus mea, qui sum Antonius interest, nō mea Antonij, & tua Antoni, non tua qui es Antonius, interest legere. Additur his verbis interest & refert fre-

*frequentißime accuſatiuus cum ad, ſumunturq́; pro pertinet, vt Liuius, lib. 5. Ad diſciplinam militiæ pluri mũ intereſt, in ſueſcere, militẽ noſtrũ parua victoria frui, i, plurimũ conducebat. Cicero pro, ſex. Roſcio, & certe ad rẽ nihil intereſt, vtrũ ego. i. nihil differt.*

SECVNDVS ORDO
*æſtimandi.*

Verba æſtimãdi genitiuis gaudent vt parui ducitur probitas. Plurimi ſit pecunia, tãti eris aliјs, quãti tibi fueris. Maximi penditur nobilitas. Nihili vel pro nihilo penditur, nihili vel pro nihilo habẽtur literæ. Nauci, floci pili, huius non facio, aſſis non facio, teruntiј, non facio.

*Ex duodecim genitiui ſignificationibus, æſtimatio vna eſt, quæ pro precio reputatur. Omnis æſtimatio in genitiuo ponitur, iungitur nominibus, & verbis, de nominibus poſtea, de verbis in preſentia agendum, quæ quidem vt facilius teneat puer, his verſibus complexi ſumus, in quibus verba, & genitiui, & variatio poterunt ediſci.*

*AEſtimo, taxo, puto, facio, ſum, conſulo, pẽdo,*
*Duco, habeo, ſio, patrio caſu omnia gaudent,*

*Sunt*

*Sunt patrij casus, tanti, quanti, atq; minoris,*
*Et pluris, magni, iunges & plurimi, & æqui,*
*Et parui, nihili, nauci, flocciq;, boniq;,*
*Et minimi, multiq;, piliq;, & maximi, & aßis,*
*Hectæ aliquãdo solent autores reddere sexto,*
*Et cæni facio magno in Cicerone notamus.*

AEstimo & existimo differunt, Lege Vall. lib. 5. cap. 20. et libro. 3. cap. 1. Vbi nec pretij nec æstimationis mentionem facit, Valla cum dicat se tradere quod ab aliquo non sit traditum, Antonius vero hoc putat esse pretium lib. 4. Et Thomas Linacrus, in eadem parte, nos tamen æstimationem vocabimus, quod multum intersit, æstimes ne aliquid, an pretio vendas, Cicero de finibus, magni æstimabat pecuniã. Taxo, Plinius. lib. 17. Illos, qui frugiferas tanti taxauerãt. i. prætio æstimauerant.

Puto, pro nihilo Cicero de amicitia, multi sunt qui pro nihilo putent, & magni putare honores, Cicero, Plantio tanti putare, vterq; Pli. Ouidius. Tantiq; putat connubia nostra in Met. 10. Facio, Cic. Facio pluris omnium hominum neminem, Fio, Cic. Ille plurimi fit ab omnibus.

Sum, Ouidius vix Priamus tanti totaq; Troia fuit. Hora. In sermo. 1. Si quia tanti, quantum habeas, sis. Et Plautus. Pluris est oculatus testis, quam auriti decem. Consulo, vt æqui boniq; consulo.

Pendo per translationem. Plautus vnice, vnũ plurimi pendit. i. in plurima æstimatione habet.

Duco,

Duco, Cicero pro Archia, pericula mortis parui esse ducenda, habeo, nil pensi habere, Cicero. Cum pendo, & habeo, dicimus, nihili, vel pro nihilo.

Genitiui varij sunt, quorum aliquot, per hyperbolen adduntur, vt nauci, floci, pili, inter quos huius, ponitur demonstratiuè ostenso pilo, aut re nihili. Quid sibi velit, as, et Terũtius, in verbis pretij dicemus. Inueniũtur duo genitiui, ab alijs nõ expositi, hectæ, ab hecta quod sit hieta ab hio, vt Sipõtinus vult, res minimi pretij, quasi hiantis, et oscitantis hominis, item, pustula, quæ in coquendo pane solet, assurgere, quod sit quasi panis hiatus, à quo res minimi, pretij hecta vocatur. Pomponius, hic homo hectæ me facit, & multiuolam vocat, hoc est parui me facit, Thesaurus legit, multi bibam. Celius, Rhodiginus. lib. 26. cap. 21. Aliquanto negligentius de hac voce egit, attaragos item pro re vilissima, minimaq́; græcis dicitur, sicuti apud nostros ecta, vnde fit ecta facio verbum, quod quã sit ab surdum proferre sine aspiratione, & ecta facio, cum à dicere, corycæi videant. Certe ego non inuenio autorem, quo possint Cœliũ tutari, properabat enim, & tantarum rerum mole oppressus, in hac vocula sucubuit, nec mirum cũ multa alia oscitanter dicat, et aliorum diligentiam non obscurè carpat.

Genitiui sunt

Cæni cum facio dixit Cicero, Philipp. in princi, sed illud os, illam impunitatem cæni fecisse. i. honesta iudicia pro vilissimo habuissent.

*Notanda locutio facio te cœni, vt si dicas, facio te stercoris, cœnum autem lutum est, F. Maturātius, in annotantionibus, in quintam Philippicam.*

Singulare est illud æqui boniq́ consulo .i. in bonam accipio partem.

*Inter cæteras, huius verbi cōsulo constructiones, hæc vna duobus æstimationis genitiuis, æqui, boniq́, gaudet, quod idem significat, ac in bonā partem accipio. Sed aduertendum est, quod in hac significatione hi genitiui non possunt iungi alijs verbis, nisi cōsulo, & facio. Cicero, qui totum illud æqui boni fecit. Ter. cum copula, cæterum equidem isthuc Chreme æqui boniq; facio .i. in bonam accipio partem, qua ratione, dicimus hoc singulare, quod nullibi reperiatur, & quod vnicum sit, sine exemplo, vt de Virgine beatissima semper virgine, dicitur, virgo singularis, quod quidem Epitheton ei maximè congruat.*

ORDO TERTIVS VENDENDI.

Vendo, reuendo, addico, distraho, diuēdo, venūdo, væneo, prosto, æstimo, indico, inscribo, liceor, licitor, licere, loco, cōduco, æmo, coemo, redimo, mercor, commercor, constat, valet.

*His versibus cõtinere poteris, et verba et verborũ cõstructionẽ, quæ ad cõtractus cõtrahẽdos pertinẽt.*

*Distraho, diuendo, venundo, væneo, prosto,*
*Addico, liceor, licitor, loco, vendo, reuendo.*
*Indico, conduco, liceo, cumq́ꝫ, æstimo, mercor,*
*Commercor, coemo, redimo, valet, addito cõstat,*
*Inscribo, sto, do, cauponor, nundinor, hæc sunt.*
*Quæ reddunt sexto pretium, ponas sine fixo*
*In patrio, pluris, tanti, quanti, atq́ꝫ minoris,*
*Cum fixo in sexto, raro, quartum valeo vult,*
*Vilius, & melius, peius, vel carius emi,*
*Valla negat rectè dici per nomina posse.*

*Omne pretium, aut declaratur per nomen substantiuum, aut adiectiuum. Per nomen substantiuũ ponitur in ablatiuo, vt asse emi, si per nomen adiectiuum, vtimur his genitiuis, tanti. &c.*

Hæc verba, hos duntaxat genitiuos exigunt, tanti, quanti, tantidem, quãtiuis, quantilibet, quãticunq́ꝫ, pluris, & minoris, si non addantur substantiua, nam cætera pretij vocabula vel in ablatiuo, vel per aduerbium apponuntur. Vt minoris reuendes, quam emeris. Pluris conducis, quã emi

poterat. Quanti cumq; locabis,
præſtiterat vendidiſſe, hodie plu
ris boues licebant, q̃ homines.
Miror tantas ædes tam paruo
inſcriptas. Paulo, magno, nimio,
minimo, plurimo, vili, duplo, di-
midio, reuendes. Aſſe æmi, tanti
dem tibi ſum traditurus, terun-
tio, ſeu vitioſa nuce nõ emerim.
Nihilo conſtat, percare locauit
equum, carius emitur oleum, q̃
vinũ, cariſsime cõſtat, quod pre
cibus emptum eſt, gratis locat
ædes, at magno paſcit.

*Varijs exemplis declarat autor triplicem preti*
*conſtructionem, ſubſtantiui, & adiectiui nominis, &*
*aduerbij. Terentius, quid agas, niſi, vt te redimas ca*
*ptum quam queas minimo, & niſi queas paulo, a*
*quanti queas. His in verbis frangitur regula copula*
*tiuæ, interrogationis, & reſponſionis, vt poſteri*
*dicemus in verbis accuſandi, notandum eſt, in ver*
*bus fixum appellari, ſubſtantiuum, mobile, adiectiui.*
*Vertuntur enim hi genitiui in ablatiuos cum ſubſtan*

*tiuo.*

*tiuo. Vall. lib. 3. cap. 1. Vt quanto metiris pretio. Iuuenalis. Nō dicitur carioris emi, nec cariori pretio emi, ſed carius, & vilius, vt in verſiculo penultimo annotauimus. In pluri, non pluri pretio dicimus, quod ſint duo ſubſtantiua. Hæc verba coniecit Antonius in ſecundam ſpeciem actiuorum, &, vt Antonij ſectatoribus gratum faciamus, concordiam inter nos, & Antonium aſcribamus, quæ quibus regulis quarti libri conueniāt. Vt ſi quos Quarti amor rapiat, ita adductos, vt nolint quarto longum vale dicere, ad manum ſint huius artis regulæ, vt libro quarto apte poſſint applicari, vt olim factitabam, donec Syntaxin hāc collupletaui, cuius rationem in præfatione latiſſime reddidimus.*

APPENDIX.

Quin, & quibuslibet verbis pretij nomen, aut aduerbium ponitur ad hanc formam. Magno pranſi ſumus, pluris cænaturi. Non minoris docet, quam talento. Hic magno etiam tacet. Nimio, minimo, paulo, viuitur Londini. Nec ſalutat gratis.

*Ablatiuus pretij, vt inter caſus generales connumeratur, ita omnibus verbis licet pretium pleraq;*

non denotant, poteſt adiungi. Sunt ablatiui ex adie-ctiuis conflati in aduerbia, magno, paruo, maximo, plurimo, minimo, paulo, carè, carius, cariſſimè, vili, vilius, viliſſimè, duplo maioris, duplo minoris, dimidio maioris, dimidio minoris, duplo, quadruplo, ni-mio, nihilo, gratis, gratuito, in gratis, gratis, & no-men, & aduerbium gratum mihi eſt. Audiui enim à quodam mihi maximè familiari, Orontij Finei ſtrata-gema in lectionibus Aſtronomiæ, inſcripſit enim in gymnaſij valuis, ſe lecturum gratis, idq; literis ma-iuſculis, cumq; auditores conueniſſent, quingenti plus minus ve, fores concluſit Aulæ, atq; ab his pre-tium repoſcens, audiebat ſe gratis legere, reſpon-dit nimis ſalſè, eos regulas grammaticales non dum percallere, quòd gratis datiuum aſcripſit, non ad-uerbium, ita dicitur, ſcholaſticos audiendi gratis auidos deluſiſſe, his tamen temporibus, vt Iuuena-lis eſt querela. Noſſe volunt omnes, mercedem ſoluere nemo, & quia pretium verſatur in numero, & moneta, de numeralibus, & monetarum aliqua tractabimus per functoriè.

## DE NVMERALIBVS.

Nomen numerale varias habet ſpecies, ſunt enim cardinalia, diſtributiua, ordinalia, & aduerbia.

Primo ſe offerunt cardinalia, ideo dicta, vel quod numerum abſolutè ſignificant, vel q̃, in ea quaſi

*in cardinem cætera reuoluantur. Numeramus autem sic, vnus, duo, tres, quatuor, quinq;, sex, septem, octo, nouem, decem, vndecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim, septem decim, octo decim, nouendecim, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octoginta, nonaginta, centum. &c.*

*Vnus.a. m.caret numero plurali, coniunctum nominibus singulari carentibus, pluralem habet, vt vnas literas abs te accepi, sic dispones numeralia. In cardinalibus, à decem vsq; ad sedecim, minor numerus semper præcedit, vt videtur in compositione, ab his ad viginti dupliciter proferuntur, & sine copula, vt diximus, & cum ea, maiore numero præcedente, decem, & septem. Decem & octo. Decem & nouem. Dicimus octodecim, duo de viginti, nouendecim, vnde viginti, quæ ratio ante omnes numeros in ginta finitos vsurpatur, vt vnde triginta, duo de triginta. Ginta apud antiquos decem significabat. A viginti vero ad centũ cum copula, minor numerus præponi debet, vnus & viginti, sine copula maior præcedit, vt viginti vnus. Supra centũ, & cũ copula, & sine ea naturalem ordinem seruant, nempe, vt maior præcedat. Cum supra præpositione, minor numerus præcedit, vt vnus supra centum, omnia hæc sunt nomina adiectiua, communia tribus generibus, pluralia, indeclinabilia. Numeri qui sequuntur variantur pluraliter. i, æ, a, vt ducenti, æ, a. trecenti, æ, a, quadringen-*

*dringenti, quingenti, sexcenti, septingenti, octingẽti, nongenti, mille, in singulari, substantiuum indeclinabile, in plurali declinatur millia millium, regit genitiuum, mille vero adiectiuum plurali tãtum indeclinabile. Ad multiplicandum non ponuntur duo adiectiua cardinalia, sed aduerbium & cardinale, vt bis mille, centies mille, non centum mille, sed centum milia militum, genitiuus cum mille syncopen patitur, quoties non est vitiosa, vt nũmum denarium.* Antonius *inde nominibus numeralibus tractatu, sexaginta mille, & sexaginta milia, sine discrimine ascribit, duo mille, & duo millia, quod quã verũ sit, viderint doctiores, certe ego dixerim bis mille, non duo mille, aut duo millia, & sic in reliquorum numerorum cõputatione multiplici.*

## DE DISTRIBVTIVIS.

*Diuisiua, siue distributiua, sunt, quæ singulis multorũ eundẽ numerũ describũt, vt singuli, æ, a, bini, æ, a, terni, quaterni, quini, seni, septeni, octoni, noueni, deni, multitudinis numero vsurpantur, rarò singulari numero, eandem rationem seruamus in disponendis distributiuis, quam in cardinalibus, vndeni, duodeni, tredeni, quatuordeni, quindeni, sedeni, septemdeni, octoni & deni, duo de viceni, vnde viceni, à numero centeni, ad milleni patiuntur syncopen numeri intermedij, vt duceni, treceni, quadringeni, quingeni, sexceni, septingeni, octingeni, nongeni, non autem*

*tem ducenteni,trecenteni,licet* Antonius *vtrumq; di cat.Notandum est poetas sepius vti distributiuis pro cardinalibus,vt,per duo dena regit mundi sol aureus astra,Virgilius, in Geor. Si tamen nomen singulari caret,iunctum distributiuis valet pro cardinalibus,vt binas literas, non binas epistolas,nisi fiat distributio, singulari carentibus,respondebit plurale,de alijs ali ter,Valla lib.3.cap.6. de epistola & litera.* Trinus *non est nomē distributiuū, sumitur enim pro tribus.*

## DE ORDINALIBVS.

Ordinalia *dicuntur, quod numerum in ordinem, vel,vt apte* Laurentius *præcipit, quod vltimum eius numeri significent,vt primus,secundus,tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, octauus, nonus, decimus,eadem computatione seruata.*

## ADVERBIA.

*Semel,bis,ter,quater, quinquies, sexies, septies, octies,nouies,decies omnia eodem modo finita in ies.*

*Sunt & aliæ de nominationes,quæ significāt multiplicem numerum rerum separatarum, in plus, vt simplus,duplus,triplus,quadruplus, & quæ significant plicaturam eiusdem rei in plex,vt simplex, duplex,triplex,multiplex.*

*Dicimus biduo,triduo,quatriduo,sed nō amplius, bienio,triēnio,quadriennio,quinquennio, sexennio, septenio,decennio,& non aliter.*

*Nudius tertius, nudiusquartus, Plautus, nudius quintus, & sextus. Cicero, nudius tertius decimus, cætera exemplo carent.*

*Bimus, trimus, quadrimus, & denominata nomina ab illis, bimatus, trimatus.*

*Aduerbia, bifariam, trifariam, quadrifariam, omnifariam, multifariam, plurifariam non amplius.*

*Dicitur, binio, ternio, quaternio, quinio, millio. Sunt & binarius, ternarius, quaternarius.*

*Sunt alia ab ordinalibus nominata, vt secundanus, decumanus, tertiana, quartana febris, hinc denominatiua tertianarius. &c.*

*De his numeralibus agit* Antonius *in fine suæ artis.* Valla. *li.1.cap.14. Lib.3.cap.4.et.5.* Erasmus *in paraphrasi, longe optimè omniũ* Linacer. *lib.3.*

*Demonctis in lexico latino Hispano suis in literis a.b.c. videbimus.*

ORDO QVARTVS
*accusandi.*

Verba accusandi, damnandi, absoluendi, & consimilia genitiuum asciscũt, qui crimen significet, vt, accersitus est capitis, detulit fratrẽ læsæ maiestatis. Postulatus est repetũdarum, siue de repetundis, accusauit malegestæ

rei, male obitæ legationis. Egit cum nouerca iniuriarum. Condẽ natus est peculatus. Reum egit parricidij. Damnauit incestus. Hic furti se alligat. Criminatus est adulterij, cũ plagij teneretur. Arguit te mendacij. Reuicit periurij. Incusat negligẽtiæ. Appellatus est beneficij. In simulas herum auaritiæ. Suggillas parsimoniæ. Infamas inscitiæ, traducis luxuriæ. Notas libidinis, seu de libidine. Suspectum habes perfidiæ, siue de perfidia taxas, ambitionis, calũniaris maleficij. Admonuit me errati, commonuit te promissij. Admõefecit te debiti.

*Verba quæ ad iudiciũ spectãt, ad res, vel forẽses, vel priuatas, tũ accusationis, tũ defensionis notam habentes, diuidemus in septem titulos.*

*Primus accusandi verba continet.*

*Accuso, incuso, ago, postulo, arcesso, in simulo, arguo,*

arguo,noto,defero,alligo,aſtringo,criminor,interro
go,appello,compello,cito, vrgeo.

Secundus excuſandi verba.

Excuſo,purgo,expurgo.

Tertius damnandi verba.

Damno,condemno,multo,ad multo,punio,plecto,
conuinco,redarguo,ſuſpectum habeo,teneo.

Quartus abſoluendi.

Abſoluo,libero,ſoluo,laxo,relaxo.

Quintus monendi.

Moneo,admoneo,cõmoneo,cõmone facio.

Sextus laudandi.

Laudo,miror,probo,cõmendo.

Septimus vituperandi.

Vitupero,corripio,repræhendo,increpo,increpi-
to,traduco,infamo,calũnior,contemno.

Ex his omnibus verbis ea,quæ frequẽtius geniti-
uo gaudent,qui crimen propriè ſignificet, ſunt,quo-
rum exempla in litera patent, crimen autem pro-
prium videtur eſſe, caput,læſa maieſtas, repetunda-
rum,parricidium,inceſtus, furtum, adulterium, pla-
gium,peculatus,mendacium,periurium, beneficium,
auaritia,parſimonia, inſcitia, luxuria, libido, perfi-
dia,ambitio, maleficium, erratum, promiſſum, debi-
tum,quæ duo poſtrema reum eſſe aliquem denotãt,
quòd promiſſo,aut debito teneatur. De his verbis
Antonius lib.4. Linacrus.lib.4. Mercurius,& Valla,
his locis, Accerſitus eſt capitis, variatio, in iudicium
capi-

capitis arcesso, periculū capitis alicui infero, in capitis periculum aliquem voco, indiscrimen capitis adduco, Valla libro.1.cap.23.

Accerso, & Arcesso, pro eo aduocandum, vel voco, exponitur. Detulit fratrem, lib.5.cap.44.

Postulatus est. Lib.1.cap.35.et lib.5.cap.58.

Accusauit. Lib.3.cap.32.et libro.5.cap.67. & libro.6.cap.13.

Condemnatus. Lib.3.cap.32.cap.69.

Reum egit, variatio, reum facio, in reos refero, diem dico, in crimen voco, aliquem reum cito, litem intendo, litem infero, multam peto, ita nomen defero, nomen alicui defero, nomen alicuius defero, pro accusare.

Damnauit incestus, lib.3.cap.32. Hic furti se alligat, Terentius, in Eu. Prouerbialiter protest efferri, arguit te, Valla.lib.5.ca.32. Incusat, idem. lib. 6. cap.13.

Appellatus est, hoc verbum appello elegantißimè declarat, Ioannes Theodoricus in Vallam, li.6.ca.2.

Insimulas herum. Terentius in Phormione æstimare his verbis addi potest. Cicero pro Cluentio, vt lis hæc capitis æstimaretur, id est, vt criminaliter intenderetur, & vt vulgo loquimur, capitalis conclusio cō ciperetur, vt docet Budæus in posterioribus annotationibus Liuius, an quirere capitis, in eadem redigit. Dicimus tanti litem æstimare, id est tanti damnare, quanti actoris interest. Cicero in Verrem Act. 4.

Consu-

consulari homini sestertium. 18. millibus lis æstimata sit. Quod quidem Rabirius annotauit in verbis æstimandi, in hunc locum aptius cadere videtur.

Gellius libro. 4. dixit, notabitur impolitiæ.

Cicero Curioni. Quãquam me nomine negligentiæ suspectum tibi esse doleo.

Plinius de Viris illustribus, aut potius Cornelius nepos. Claudia virgo Vestalis falso de incestu suspecta. Quintilianus lib. 6. in vtroq; parricidij peccas. Cicero ad Herenium, aut alter, iudex absoluit iniuriarum illum. Quintilianus lib. 1. Grammaticos sui officij commonemus. Tuam negligentiam accuso dicimus, & accuso te tuæ negligentiæ, solita varian di formula, sceleris damnare, recte dicitur, lege Theodoricum in Vallam lib. 3. capi. 32.

# SINGVLARE EST illud. Expostulauit mecum de non missis ad se literis.

Valla. libro: 5. capiti. 158.

Hoc verbũ expostulo ablatiuum duplicem asciscit, vnum personæ media præpositione cum, alterum rei cum de & participio præteriti. Qui quidem aliquando in accusatiuum vertitur. Vt Terentius in Andria, & cum eo iniuriam hanc expostulem. Plautus, in milite, expostulauit mecum parum

*missum sibi.* Et *sine altero ablatiuo,* Cicero *in* Verri.5. *regna omnia de nostris cupiditatibus, & iniurijs expostulant, itaq; in hoc significato expostulare significat, conqueri, seu querelam, apud eum ipsum deponere, qui fecit iniuriam, inquit* Donatus. Cicero, *iracundius aut vehementius expostulare, absolutè dixit, pro* Sylla.

SI NON FVERIT proprium criminis nomen, apponitur ablatiuus, addita fere præpositione, vtrum ambitus accusas an sacrilegij? an vtroq; siue de vtroq;? De plurimis simul accusaris.

*Si nomen fuerit commune, ponitur in ablatiuo sine præpositione, aut cum ea, accedentibus neutro, altero, vtro, vtróq;, ambobus, vt* Valla *asserit libro.3.cap.32.* Causam *nonulli putant, quod in crimine proprio, genitiuo additur crimine, in his subauditur ablatiuus substantiui nominis crimine, aut peccato, vel quia autoribus ita placuit, obseruanda est enim peritorum, consuetudo,* Ascensius.

Hic & *in verbis pretij violantur duæ regulæ,* vna

vna per copulatiuam coniunctionem non iungi simi-
les casus, vt accuso te furti, aut parricidij, aut vtro-
q;. Altera responsionem non conuenire cum interro-
gatione, vt accusas me furti, an sacrilegij? Respōde,
altero, siue de plurimis. Præterea notat Valla capi.
citato, per hæc verba tanti & quanti cum substanti-
uis adiunguntur, per genitiuum efferri, vt quātæ pe-
cuniæ condemnasti? tantæ summæ damnaui, quantæ
postulasti. Liuius. Deca. quartæ. lib. 8. ad finem, sed
nec tantum redactum est, quantæ summæ damnatus
fuerat.

## ORDO QVINTVS. VERBA affectus, impersonalia.

Miseret, miserescit me tui. Piget te laboris, multos vitæ tædet. Non te pudet vanitatis? Nostri nos met pœnite.

*Si qua verba impersonalia sunt, hæc quinq; pos-
sent vera appellari, nisi cum nominatiuo inueniren-
mus, Lucanus, quem sæua pudebunt supplicia. Teren-
tius, in Adelphis, hei mihi, non te hæc pudent? Plau-
tus, neminis misereri certum est, quando nemo mise-
ret mei. Vt cunq; se habeant, cum impersonaliter pro-
feruntur, triplicem constructionem habere videntur,
aut, cum accusatiuo, & genitiuo, vt piget te laboris,
non te pudet vanitatis? Terentius In Phormione, no-
stri*

*stri nos met pænitet.idem in eodem,nostrā omnia nobis parua vidētur.Pænitet,pro parum est,parū videtur,et protædet sumitur.Plautus in trinūmo.sine casu ex tulit,Polpudere,quā pigere præstat totidē literis. Coniunguntur sæpius hæc verba.Terentius in Adelphis,fratris me quidē pudet pigetq;,pudet inhis quæ turpiter fiunt,piget inhis , quæ cū damno ac malo,pudere etiam ad decus,pigere addolorem refertur,pudet quod turpe est , piget quod dolet,hac variatione vsus est Donatus,vt enodaret quid interse differūtpiget,pudetq; , piget minus,quam pudet.Cicero pro domo sua.Menon solum piget stultitiæ meæ, sed etiā pudet.Quod apud Plautum aliter sumitur,si referas ad personæ decorum, qui pecuniæ iacturam antepo nit pudori, apud Ciceronem, pudor præfertur damno, quod honesta sit persona, quæ illic loquitur. De his agit valla li.5.ca.36.pœnitet,tadet,pudet miseret metui,i,pænitentia,tœdium,pudor,misericordia, me cepit tui,aut habet, quibus additur miserescit,eorum naturā imitans,vt Terētius in Heaut, inopis tenunc miserescat mei,hæc est primairatio constructionis horum impersonalium.*

Hec genitiuum habent cum accusatiuo,nisi dicamus,puditum est consilij, misertum est virginis, per tæsum est coniugij.

Secũda ratio, cum hæc verba vnico casu ſcilicet g[e]nitiuo ſunt contenta, cum de præteritis verborum [a]geremus, diximus hæc verba duo aliquãdo præt[e]rita ſortiri, puduit, puditum eſt. Piguit, pigitum eſt. Plautus nec me, nec tuos puditum eſt. Statius in. 7 nec pigitum, paruosq; lares humiles q; ſubire. Miſeret, miſertum eſt, & miſeritum. Tædet pertæſ[um] habet, Virgi. ſi non pertæſum Thalami, tedæ que fu[iſ]ſet. Terentius in Heautont. Si me Dij amabunt, vt t[u]rum miſertum eſt fortunarum. Genitiuum ſine acc[u]ſatiuo nunquam habent, niſi per præterita loquamu[r].

## APPENDIX.

Sed impersonalibus loco genitiui poteſt addi verbum infinitũ, vt tædet me vitæ, tædet me viue re, piget militiæ, piget militare.

*Tertio modo genitiuus vertitur in infinitiuum, vt in his exemplis videas. Virgilius in Buco. nec te pæniteat calamo triuiſſe labellum.*

## ORDO SEXTVS.

Hæc variam habent conſtructionem miſereor tui, vel tibi. Meminit tui, vel de te, id eſt mẽtionẽ fecit. Memini pro recordor, ple-

rũq;

rũq; accuſatiuo iũgitur. Obliuiſcor, recordor, reminiſcor, recolo tui vel te. Venit in mẽtem eius diei, id eſt recordor. Vel venit mentem ille dies. Potitus eſt rerum, id eſt vicit. Et potitus eſt amica, id eſt aſſecutus eſt. Eget tui, vel te. Indiget auxilij, vel auxilio.

*Hæc verba deponentia miſereor & cætera, varia cõſtructione gaudere videmus, ſiquidem verbum miſereor, tũ in genitiuum tum in datiuum fertur, ſed vſitatior eſt genitiuus. Virgilius, nil noſtri miſerere. Ouidius, o virgo miſerere mei, miſerere meorũ. Cicero, in tuſc, patris peſtibus miſereri dixit, miſereo, miſeres, aliquando, miſeret, miſereſcit iam dicta ſunt. Miſeror, aris, accuſatiuo iungitur, miſereri eſt, ob alicuius miſeriam dolorem animo concipere, miſerari vero verbis aut lachrymis aut opere dolorem teſtari. Feſtus, miſeratur is, qui conqueritur aliena in commoda. Seruius, miſeror & miſereor, vnũ ſignificat. Virgilius, nec miſeratus amantem eſt, & miſerata animi, pro animo, Virgilius æneі. 10. iuuenemq; animi miſerata repreßit, ſortem alicuius miſerari, Virgilius ænei. Meminit verbum defectiuum in etymologia diximus, Valla. lib. 3. cap. 58. pro recordor tum*

*genitiuum, tum accusatiuum postulat. Terentius, fa ciam, vt huius diei, ac loci memineris. Seneca, mult ex tempore meminiße possunt, idem tamen verbu promentionem facio, accusatiuum recusat, gaude enim genitiuo vel ablatiuo cum ide, vt Quintilianus libr.* 11. *capite.* 2. *Nec omnino huius rei meminit vs quam poeta ipse, & iterum dequibus multi meminerunt, variatio, meminit, id est, mentionem fecit, mentionem habuit, mentionem agitauit, iecit mentionem, mentionem intulit, lege* Ioannem Theodoricum *in vallam, vbi exempla multa reperies, posse hoc verbum memini iüngi infinitiui præterito tempori.*

*Obliuiscor, cum infinitiuo, Plautus, oblitus dudum tibi sum dicere. Cum genitiuo, ita prorsus oblitus sum mei. Cum accusatiuo, Virgilius.* 2. *amissos iam hinc obliuiscere Graios, vnde obliuio, Variatio, conterere obliuione, dare obliuioni, obliuione delere, obliuione obruere, obliuione tegere, contrarium, ab obliuione vindicare, non autem dicimus, obliuioni tradere, vt vulgo fertur, tradimus enim ei, qui potest accipere, aut aliquid continere, vt tradere memoriæ. &c.*

*Recordor, rursus in cor reuoco, vel iterum rem cordido, hoc est in mentem reuoco, cum infinito vt* Ouidius. 13. *Met. inde recordati Teucros à sanguine Teucri ducere principium, cum genitiuo, Cicero Proplancio, huius meriti in me recordor, cum accusatiuo. Cicero, est operæ pretium diligentiam maiorum recordari. Virgilius, strite audita recordor, et recordari*

cum

cum animo ſuo vitam alicuius, & recordari, de aliquo.

Reminiſcor, recordor, quod fit cum ea quæ mens tenuit, repetuntur, iungitur aliquando genitiuo. Cæſar in comment, reminiſceretur & veteris in commodi. Accuſatiuo, actus miſeros reminiſcitur. Statius, Theb. Et reminiſci animo, de aliquo reminiſci, reminiſcendo recognoſcere.

Recolo, repeto, meditor, & mente tracto, intermiſſa recolere, artes interſe recolere, ingenia recolere, & recõminiſcor dicitur, id eſt reduco in memoriam. Plautus in trinu, literis recomminiſcor.

Venit in mentem, valla. lib. 3. capit. 82. verba quædam ad recordationem pertinentia meminit cum genitiuo eclypſis eſt huius nominatiui, conditio, qualitas, ſtatus, Linacer lib. 6. Variatio, in mentem venit mihi, occurrit mihi, ſuccurrit mihi, ſubit mihi, quod ad miſerationem attinet, Ouidius, cum ſubit illius triſtiſsima noctis imago. Subit deſerta Creuſa, Virgilius.

Potitus eſt, Valla, lib. 3. capite. 34. Linacer liber. 4. potis eſt tenere, & quaſi in poteſtate habere, genitiuo aliquando iungitur, potiri hoſtium, quod aliquãdo ſignificat venire in hoſtium poteſtatem. Aliquando redigere in poteſtatem, vrbis potiri, voluptatum, Athenienſium, regni. Potiri autem rerum id eſt imperium tenere, in aliis nominibus quam in hoc, rerum ſignificatio magis exponitur per obtinuerunt, quam

*per tenuerunt, vt potitus sum amica, id est laborando obtinui amicam. In genitiuo putat Ascensius esse Ecly psim, potiri regni, sup. imperio. li. 1. Epistola familiari, legi tuas, cum accusatiuo, Plautus, fortiter malum qui patitur, idem post potitur bonum. Ablatiuo, optata Troes potiuntur arena, Virgilius. Hinc compos animi, mentis, rationis, sanitatis, id est habeo, compos victoriæ, optati, id est, opera mea & labore obtineo. Egeo, indigeo Gellius, lib. 13. cap. 22. & de egentia, li. 9. cap. 8. aliqua re opus habere, tam genitiuo quam ablatiuo iunguntur, Plautus, eget pudoris, mentis egere, Ouidius. Monitoris egere, Horatius. Cicero, oculis aduidendum egere, non eges foris, id est non est, quod quæras foris. Voce egere, tempore egere, indigere alicuius. Plautus, auxulij tui indiget, consilij tui indigeo, Cicero, bona æstimatione in diget mea adolescentia, consolatione aliorum indigere, de his verbis plura in Thesauro in venies.*

## ORDO SEPTIMVS. SIGNIFICANTIA ALIQVID *fieri in loco.*

Omne verbum admittit genitiuum proprij nominis, significantis locum, in quo fit actio, vt vixit Romæ, studuit oxoniæ, natus est londini. Pro proprijs vsurpātur

tur hæc appellatiua, humi, domi, militiæ, belli, iacet humi, domi, belliq; simul viximus. Domi meæ, nostræ, tuæ, suæ, vestræ, alienæ, nec, alia admitut, adiectiua, nam domi paternæ non recte dicitur. Sed in domo paterna, ruri in datiuo, siue rure in ablatiuo verbis eisdẽ adiungitur, ruri educatus est.

EXCEPTIO.

Si tamen fuerint pluralis dũtaxat numeri, aut tertiæ declinationis, in ablatiuo ponuntur, vt nupsit Athenis, militauit Carthagine, in frequẽs est addere his præpositionem, cum essem in Mediolano, quæ semper additur in nominibus maiorum locorum, & appellatiuis, cum essem in Italia. Cum agerem in sub vrbano.

*Vt facilius ea, quæ ad locorum differentias spectant, dicamus, generalem hic tabulam ascribemus, præsertim nominum, nam de aduerbijs suo loco dicemus, de quibus Antonius in fine libri quarti, Linacrus libro primo, & in suis locis in hoc libello.*

## DE LOCIS, ET EORVM *diferentia.*

*Locus est, in quadruplici differentia, in quo, vbi? ad quem, quo? Per quem, qua? ex quo, vnde? Aut respondemus per nomina, aut per aduerbia.*

*Si respondemus per nomina, aut sunt propria, aut appellatiua. Propria, aut sunt minorum, aut maiorum locorum. Si nomina propria minorum locorum, locus in quo fit actio, si declinatur per primam, aut secundam nominis declinationem, ponitur in genitiuo, quam regulam sequutur hæc appellatiua, humus, domus, toga, militia. Dicimus domi meæ, tuæ, suæ, nostræ, vestræ, alienæ, alia non admittit adiectiua. Si tamen declinatur pluraliter, aut per tertiam declinationem, in ablatiuo, vel, vt Seruio placet, in datiuo, quod seruatur, in hoc appellatiuo rure, vel ruri se continebat, locus ad quem ponitur indifferenter, in accusatiuo, quod sequitur domus, & rus.*

*Locus per quem, & ex quo, ponitur in ablatiuo, quod etiam est in domus, & rus, infrequens est his addere prepositionem apud oratores, apud quos aliquando*

*quando inuenies, apud poetas sæpe numero.*

*Nominibus proprijs maioru locorum, et appellatiuis additur præpositio, quæ ad explicandum motum vnum quemlibet sit accommoda, in, ad, apud, per, ex, & consimilia.*

*Peto, & repeto, cu iunguntur his nominibus, non admittunt prepositionem. Cum nominibus sanctoru, præpositio additur, nome proprium sanctorum ponitur in genitiuo, & est eclypsis huius nominis æde, vel ædem, vt apud diuæ Annæ. Terentius, cum ad Dianæ ventum est.*

*Dicimus apud me, & apud me domi, & domi meæ, & cum alijs præpositionibus abs te domo, & ad patrem domum ibam.* De domus, *lege Vallam, libro. 3. cap. 15.*

## DATIVVS POST VERBVM.

*Propriè in datiuo ponuntur ea, quibus aliqui datur, vnde nomen sortitus est & græcè, & latinè, videturq; esse ex eorum ordine, qui generali constructioni attribuuntur, constituentur autem datiui aliquot ordines, complectitur hic datiuus omnia verba tam actiua tertiæ, quam neutra secundæ, adde etiam deponentia secundæ, & impersonalia secundæ speciei ab Antoni, in quarto libro, in suas formas redacta.*

### PRIMVS ORDO.

Quoduis verbum acquisitiue positũ exigit datiuũ, vt non omnibus dormio. Huic habeo, nõ tibi, mihi istic nec seritur, nec metitur. Mihi peccat, si quid peccat. Omnibus sapit sibi vni nõ sapit.

*Acquisitiuè ponitur verbum, quod in datiuum fertur eius personæ in cuius gratiam, commodum, aut contra actio verbi est, Cicero episto. lib. 7. Amoris, non omnibus dormio, vide Ad. mihi istic nec seritur, Plautinum est, Adagium.*

*Mihi peccat, atticismus est ex Terentio in Adelphis. Valla autore. lib. 3. Non erit in audita oratio hic sibi amat. Omnibus sapit, Adag. sibi sapere qui nescit, frustra sapit. Et illud Euripidis, odi sapientem, qui sibi non sapit. Sunt alia prouerbia, quæ Concinnã reddunt orationem cum pro nomine sibi, vt sibi malum repperit, Sibi parat malum, qui alteri parat, Sibi placet, Sibi pulchrum, Sibi quisq; amicus est.*

ACQVISITIVA ORDO. 2.

Precipue tamen huius ordinis sunt, quæ commodum, aut incõmodũ significant, vt do mutuũ, seu mutuò, do cõmodato, mutuo fænero, largior, confero tibi, & confe-

cõfero in te. Præstare pro dare, & pro exhibere, vt præstare fidem, præstare pacta.

*Adeò sunt multa verba huius ordinis vt certa de his regula tradi non possit, cæterũ percurramus præcipua dandi verba, do, dono, tribuo, trado, præbeo, qui Farraginem verborũ maximam velit, Laurentium, Calepinũ, Perotum, Obseruationes linguæ latinæ, Marij nizoli obseruationes, Thesaurũ latinæ linguæ percurrat, tum etiam Ciceronis alterũ Thesaurum, non enim est instituti mei inter legendũ horas male collocare in describendis phrasiũ chiliadibus.*

*Dare mutuo, vel mutuum dicimus, nõ mutuo, as, verbũ, licet Valla eius me minerit, lib.5.cap.25. Vbi legendus erit Marcellinus, qui de mutuo & mutuor, fænero, & fæneror, verba facit, largiri et donare inter se discrepant. Martialis, quid sit largiri, quid sit donare docebo. Confero tibi, & in te, Valla lib.5. cap.37. Vbi confero beneficia in Catonem non ad Catonem, dicendũ existimauit, & alibi, lib.3.ca.44. Cõfero pro æquo, aut cõparo, cõfero te isti, aut cũ isto.*

*Præstare actiuè sumptum pro dare, aut pro exhibere, Valla lib.6.cap.16. Eiusdem generis sunt præstare euentum, præstare periculum, præstare dictũ, præstare incommodum, præstare factum.*

DONO TIBI HOC MVNVS
*& dono te hoc.*

*Mune=*

Munere. Impertiam tibi fortunas meas, & impertiam te fortunis meis. Aspersit tibi labem, et aspersit te labe. Instrauit equo penulã, & instrauit equum penula.

*Hæc verba dono, impertio, spargo, insterno, defendo, induco variam habent constructionem, aut accusatiuũ cum datiuo, aut cum ablatiuo.* Mutatur autẽ *accusatiuus in orationis conuersione, vt dono tibi coronam, dono te corona,* Valla. lib. 3. cap. 43. *impertio te nucibus, & impertio tibi nuces.* Idem, lib. 5. capi. 33. Linacer. lib. 4. *spargo, vt spargite humum folijs, inducite fontibus vmbras,* Virgil, Ecloga. 5. *& alibi.* 9. Ecloga, *quis humum florentibus herbis spargeret, aut viridi fontes induceret vmbra? aspergo, vnde aspersit illi labem, vel illum labe, prouerbialis forma dicendi est.* Defendo *variè, vt defendo lupum ouibus, & defendo oues lupo, & à lupo.* Virgili Eclo. 7. *Huc mihi, dum teneras defendo à frigore myrtos, vt dicimus aspergere labem alicui, ita inurere notam alicui, lege* Thesaurum.

Debet tibi vitam, suam eruditionem tibi acceptam fert.

Nota, *acceptum ferre, & expensum ferre, vnde accepti & expensi tabulæ, & in acceptum referre,* Valla lib. 5. cap. 100.

Satisfacio,soluo, resoluo, rescribo,renumero,numero pro soluo,remetior,pendo,rependo,refero,repono,pro reddo, respondeo, pro satisfacio, numquam tuis meritis est responsurus.

Commodo pro prosum, incommodo pro noceo,non potest mihi nec commodare,nec incommodare,opitulor,prosum, auxilior, suppedito,pro ministro,suggero succurro,subuenio, adminiculor patrocinor,suffragor, adsum,faueo. Beneuolo, benecupio, medeor tibi,& medebor tuo dolori, medicor te vel tibi. Cōducit. Cōfert tibi.i,vtile est, conducit huic rei,siue conducit ad hanc rem.

*Si quantum elegantiæ hæc verba habeant,vellē describere,& exemplis declarare, multis paginis opus esset,diligentiæ autem preceptoris, & magistri multa concedimus, de volo,lege,Va.li.3.capit.87.facio*

*cum*

*cũ bene, male, satis, benigne, datiuo gaudet, coduct. Valla. li. 3. ca. 41. Consulo, Valla lib. 5. ca. 40. dicimus consulere grauiter de aliquo, vel in quempiam, i. anim. ad vertere, consulere in medium, consulere in commune, consulere in vnum, consulere in publicum, consulere pro dare con ilimm alicui rarò aut numquam.*

Consulo tibi, do consilium, cõsule rebus tuis, id est prospice, cõsulis me, id consiliũ a me petis, sibi canit, metuo, timeo, formido tibi id est sum solicitus pro te, metuo te, i. timeo ne mi hi noceas. Cõiungitur vterque casus, omnia tibi timeo, quæ solent pusillis accidere.

*A consulo, consultor & consultus oriuntur, versus: Cõsilij consultor eget, consultus abundat. Sibi canit, adagiũ, Valerius libro. 3. cai. 7. mihi canè, & musis. Verba formidinis, & cautelæ, idem sine negatione, & prohibitione, & cum ea faciunt. Valla. li. 3. ca. 27.*

## TERTIVS ORDO.
## IMPERANDI ET NVNCIANDI.

Ad hæc, quæ imperandi, & nũtiãdi significationẽ habẽt. Iubeo

te abire, iubeo tibi, vt abeas, impero, præcipio. Præeo, vt iudicibus præire conatur. Prescribere leges victis. Dicta mihi ius iurādū. Edico tibi miles, mando, cōmitto Delegauit mihi suā vicē. Indixit mihi bellū, designa, cōstitue, præstitue, cōdicito. Præfige mihi diē ac locū. Tēpero tibi, & te, id est rego. Moderatur animo, iræ, & moderatur principem.

*De his verbis, iubeo, impero, præcipio, mando, edico, indico, Valla. lib. 5. cap. 68. & lib. 4. dicimus impero mihi, permitto mihi, imperas tibi, permittis tibi, imperat sibi, permittit sibi, cum datiuo reciprocationis, iubeo tibi non eleganter, dicitur. Iubeo, & veto, contraria sunt, veto te abire, iubeo te abire, venustè dicitur, exequor, & perago, iussa, ac mandata, sed nō imperata facere, Valla. lib. 5. cap. 10. Dicto, & dictito, edico, & indico differunt, versus. Edicunt reges, indicit festa sacerdos, Ascensius, moderari, Linacer li. 4.*

NVNTIANDI.

Dico

Dico tibi, ſcribo tibi, et ad te, loquor recenſeo, narro, expono explano, explico, aperio, indico, demonſtro, refero ideſt narro. Retulit ad ſenatum, ideſt propoſuit in ſenatu.

*Dico, & loquor, differunt, Valla, lib. 5. cap. 10. elegã ter dicitur, bene narras, male narras.*

*Expono, & explano, explico, aperio, indico, præſefe runt quandam traſlationem.*

*Do tibi literas, & do ad te literas, & do tibi literas ad patrem. Valla, lib. 3. cap. 36.*

*Refero. Idem libro. 3. cap. 38. & lib. 5. cap. 100.*

OBSEQVII ET REPVGNANtiæ, ordo. 4.

Quæ ad obſequium, ſiue repugnantiam pertinent, morigeror, obſequor, obſecundo, obſeruio, ſeruire tempori, inſeruit ſuis cõmodis.

Sub ſeruio, ſub paraſitor, ancillor, aſſentor, adulor, palpor, obedio, milito pareo.

*Morigeror, sunt verba ex membris composita, vt inficias eo, inficior, morem gero, morigeror, opem fero, opitulor, gratum facio, gratificor, ludos facio, ludificor, bellum gero, belligeror, sic ædifico, nidifico, mollifico, & reliqua eius modi, sub seruio, assentor, blandior, Valla, lib. 5. cap. 66.* Et *paraphrasis Erasmi, obtrudere palpum alicui, Adag. addere manum, palpo percutere aliquem, ancillor, rebus fœminei generis additur, vt, virtutes omnes ancillantur charitati, inuenies cum datiuo masculini, Apud Sallustium.*

Ausculto tibi, id est obedio, ausculto te, idest, audio, audiens dicto, obtempero, cedo, cõcedo.

*Ausculto tibi, Valla, lib. 3. cap. 42. Audiens dicto cum simplici datiuo, sed audiens dicto, Alijs, cum duplici, datiuus personæ potest mutari in genitiuum, vt audiens dicto patris, Obtempero, lib. 3. 45.*

Consentio tibi, siue tecũ. Assentio, siue assentior tibi. Dissentio tibi, siue abste. Subscribo tuo iudicio, suffragor, astipulor.

*Consentio, concordo tibi, siue tecum. Ouidius, lib. 1. Met. Per me concordant carmina neruis.*

G *Suffra-*

*Suffragor. Valla. lib. 4. cap. 2. unde assensus & asse-
sio, varij significatus, licet nomina participialia, in io,
& us, idem significare soleant.*

Accedo tibi, siue tuæ senten-
tiæ, id est, approbo. Accedit huc
accedit his, & accedit ad hæc, cō-
uenit mihi tecum. Cōstat hoc no-
bis, siue inter nos.

*Accedit huc. Idem libro. 3. cap. 45.
Conuenit mihi tecum. Variè, personale, & imperso-
nale, & actiuè conuenio patrem, Valla, lib. 3. cap. 36.
Constat hoc nobis, Valla lib. 3. cap. 18. non dicimus h-
bes rationem, sed ratio tibi constat. Plautus, ratio co-
stat, argentū abijt.*

REPVGNANTIAE.

Refragor, obsto, obsisto, ob str-
po, resisto. Repugno, reluctor, re-
clamo, officio, occurro. Obuiā e-
obuiā factus est mihi, aduersor.

*Refragor, lib. 4. 70. Obuiam factus, li. 3. ca. 7
aduerbialiter efferimus. Obuiam veni, processi, i-
ex iui, me tuli, per nomen, obuius, sum tibi, obuius
fio, obuius me tibi fero. Virgilius, cui mater media
se tulit obuia sylua. Et obuium me tibi fero, obui-
me tibi fortuna ob tulit, obuio non est inusu verbu-*

Ad

*Aduersor, Valla libro.5.cap.80.*

Dissideo tibi, siue tecum, contendo tibi, siue tecum. Hoc abs te contendo.i.vehemẽter peto, certat illi, siue cum illo, noli pugnare duobus. Græcé magis quã latiné dixit Catullus, pro cum duobus.

*Noli pugnare duobus. Thomas linacer in Hellenismo, verba pugnandi ablatiuum cum præpositione asciscunt, nisi dicamus cum græcis in datiuo, Montibus in nostris, solus tibi certet Amyntas.*

RELATIVA ORDO.5.

Verba, quæ relationem, & respectum habent ad aliquid. Quæ huic est coniux, tibi nurus est, Platoni corpus est vox, id est iuxta Platonis sentẽtiã, Aristoteli spõgiæ sentiunt.

*Hæc eadem verba genitiuum deposcunt, vt videre est in genitiuo nominum.*

*Citamus autores in datiuo, acusatiuo, et ablatiuo, quin etiã potest fieri variatio, per omnes casus. Cicero est autor, Ciceronis est autoritas, Ciceroni, Ciceronem*

*dixisse accepimus, autore Cicerone, & iuxta Cicero nem, & apud Ciceronem, dicimus item, nomen ei mihi Ioannes, Ioãnis, Ioanni. Vir. lib. 7. An. Cui nunc cognomen Iulo additur. duplex est relatio in verbis aut sua significatione, aut per compositionem causa præpositionum, quibus composita sunt.*

RELATIVA PER COMPOSITIONEM.

Huiusmodi, ferme sunt composita cũ his præpositionibus, præ, ad, con, sub, ante, post, ob, in, et inter.

*Huiusmodi ferme sunt composita cum his præpositionibus, præpositio quoq; cum suo casu omni verborum generi succedit, priuatim vero, quæ ex his præpositionibus, a, ob, ad, con, de, e, ex, in, componuntur, modo præpositiones ipsæ vim suam seruant, plerumq; similem omnino præpositionem cum suo casu recipiũt, Thomas Lina. lib. 4. Hæc tamen verba sunt multijugæ eloquentiæ.*

PRAE.

Ego meis præluxi maioribus. Præpollet omnibus. Prænitet, præminet, præstat omnibus, siue omnes. Præcellit omnibus, vel

*omnes*

omnes,præbibit mihi. Præripuit illi. Præeo, prouinco, præcedo, præcurro, præuerto, præuenio, Actum exigunt.

*Præstantiam quamdam, significant, verba composita cum præ.*

AD.

Admolitus est illi manum, accubuit, assedit mihi. Aduolutus est genibus. Admoueo. Arrisit matri. Appressit pectori codicem. Adegit gladium pectori. Affigo. Adhæreo, adhærescit. Adiacet Ægypto. Affulsit mihi spes. Acclamabant dicenti.

*Cum ad, propinquitatem, cũ, a, remotionem, vt admoueo, amoueo manũ, varia tamen cõstructione, ad moueo, Vall. lib. 5. ca. 60. Affulsit mihi spes. Adag. Affigo memoriæ, animo, Valla, lib. 3. cap. 95. Multa verba cum ad, iunguntur Actõ, Lin. lib. 4.*

CON.

Conuixit nobis. Commigrauit huic viciniæ. Commori tibi

cupio, siue tecum. Colludo tibi si
ue tecum.

*Comitantiam quandam ostendunt, conuixit lib. 6 capi. 6.*

SVB.

Subiacet fortunæ, succedo,
subijcio, subest, subit, subole
patri.

*Subest, Theodoricus in Vallam, lib. 3. cap. 8. sub idem Valla. lib. 3. cap. 93. & 82.*

ANTE.

Antestat, antepono, antefert
te omnibus, antecedit, anteuer
tit, antecellit omnibus vel om
nes.

*Lege caput copiæ verborum. 25.*

POST.

Posthabeo, post pono famam
pecuniæ.

OB.

Obgannit nobis, occinit, ob
turbat, oppono, obijcio, oppedo
ob murmuro.

*Sic de alijs præpositionibus.*

IN.

Indormis ſaxis, inuigilas chartis, Immoraris. Immoreris. Inſudas ſtudijs. Illudo tibi. Inſides ſaxo. Inſulto.

Inniteris arundini, nitor quoq; ſimplex, nititur ſuis viribus, imminet capiti. Impendet omnibus periculũ. Inceſſit mihi cupiditas.

*Inceßit mihi cupiditas, ab in ceſſo. is, Valerius li. 1. in prologo, nec tanta mihi complectendi inceßit cupido.*

Ineſt illi, vel in illo. Incidit mihi lis cũ nebulone. Intermiſcet vera falſis. Interſerit, interijcit. Interfuit conuiuio. Interuenit colloquio.

CONTINGENTIAE.

Contigit mihi, accidit, euenit, vſuuenit, obtigit, ceſſit, ſucceſſit, obuenit, vertit, cecidit.

CONFIDENDI.

Fido, confido, fidem habeo, fidem facio, fidē do, polliceor, spōdeo, nubo.

*Fidem habeo Valla lib.3.cap.16.*
*Polliceor, idem lib.5.cap.28.*
*Spondeo, à sponte, spondere patris puellæ, despondere patris adolescentis, locare & dare nuptum, collocare, ducere vxorem, virorum est. Collocare maiorum est, nubere fœminarum. Martialis, vxori nubere nolo meæ, potentiam indicat superioris, nupsit amicus in valle quirini, in malam partem.*
*Vacat Valla, lib.5.cap.8.5. dolet, lib.3.cap.7. Displicet, Valla, lib.5.cap.92.*

ITEM HAEC.

Liquet, vacat, placet, displicet, dolet, licet, succenseo, indignor, miror.

DATIVI ADVERBIALES
*appendix.* 2.

Adduntur, & hi datiui ad verbiales. Tēpori surgendum, vesperi venit, luci occîdit hominem.

*Tēpori, variatio, ad tempus, tēpestiue, suo tēpore,*
*Alie-*

*Alieno tempore, in tempore, commodùm, optimùm, oportunè. Ouidius, temporius. Tempori, Valla, lib. 4. cap. 112. pro ablatiuis idem lib. 4. cap. 80.*

Verbis aliquoties datiuus festiuitatis, id est iucunditatis gratia ad iungitur, suo sibi hunc gladio iugulo.

*Verbis aliquoties, Valla. lib. 3. cap. 52.*
*Is mihi etiã gloriabitur, Cicero in Pisonem suo sibi hunc gladio iugulo. Adag.*

Est pro habeo. Est tibi mater. Non est tibi quod agas. Et, inter cedit mihi cum illo familiaritas.

*Est, pro habeo, quod habetur in nominatiuo qui habet in datiuo, est mihi tecum familiaritas. Intercedit, Valla lib. 3. cap. 37. & cum accusatiuo, & inter. Terentius in Hecyra, ira intereos intercessit. Nulla mihi tecum intercedit causa.*

NON NVNQVAM GEMINOS
*habet datiuos.*

Non sit tibi curæ.

ITEM HAEC.

An id sibi studio habet? Hoc tu tibi laudi ducis, speras tibi laudi

fore, quod mihi vitio vertis. De
dit mihi veste pignori, dono, mu
tuo, dedit mihi pecuniã fœnori.

ACCVSATIVVS POST VERBVM

Verba transitiua, cuius cunq
generis, exigunt accusatiuum si
gnificantem id, quod patitur, vt
saluta patrem, numeras arenam,
bibis vinum, loqueris mendaciũ.
Osculatur vxorẽ. Tædet, piget,
pudet, pœnitet, miseret me tui.
Decet te, non decet senem. De
decet virginem impudentia. An
tiqui dicebant, decet tibi.

*Significatio, et vox verbi naturã aperte indicãt, ex his vero genera verborum fiunt, significatio verbi triplex est, actiua vt amo, paßiua vt amor, neutra vt careo. Vox triplex itidem, actiua vt amo, paßiua vt amor, impersonalis, vt pudet, curritur.*

*De generibus iam diximus in Etymologia, tria tamen genera sunt simplicia, actiuum, paßiuũ neutrũ, reliqua duo, deponens, & commune, sunt cõposita.*

TRANSITIVA.

*Transitiuum id dicitur, quod in aliquem casum fer tur,*

*tur diuersum ab eo, qui ipsum præcessit.*

*Vt lego, Thomas Lina. 1. de verbo.*

*Actio tamẽ est duplex, quod enim fit, aut trãsit ab eo qui facit in aliud, atq; hæc vocamus trãsitiua vt, amo te, aut nõ trãsit, sed remanet in eo, qui agit, vt curro, quæ vocamus absoluta, vt eo. Scaliger, li. 5. cap. 110. Accusatiuum, latinè accusatiuus dicitur ab specie qua dã actionis verbi pessimè, græce melius etaptius, causalis. Trãsitiuorũ nomine intelligit hic autor verba tã actiua, quã neutra, quã impersonalia, cõmunia, deponẽtia, modo accusatiuũ post se habeãt. In verbis, pudet, tædet, accusatiuus sequitur verbũ, vt in oportet, decet, Thomas Li. li. 4. Decet tibi, idẽ in Hellenismo.* duplex est actio

DVO ACCVSATIVI.

Sũt, quæ geminũ ad mittũt accusatiuũ, docuit me literas. Dedocebo te istos mores. Popoſcit me mutuũ, rogat, orat, flagitat, exorat, te veniã, Poſtulo, flagito, peto abs te hãc rem frequẽtius quã te, ſine præpoſitione.

*Duo accusatiui, minus principalis et magis principalis vt Anton. in quarto. Sequũtur, hũc ordinẽ verba docẽdi, doceo, edoceo, cõsulo, erudio, moneo, ad moneo, cælo, et dedocẽdi, dedoceo. Interrogãdi, interrogo, rogo, percõtor, quæro, exigo, Cic. vt te veritatẽ exigãt*

In ver-

*Inuerbis orandi, accusatiuus personæ mutatur in ablatiuum, cum præpositione, à vel ab, vt oro exoro, rogo, quæ per græcismum duos accusatiuos admittunt.*

Exuo, induo, vestio calceo, cingo, posteriorem hoc est, accusatiuum rei, sæpius mutant in ablatiuum, exuit sechlamydem, siue chlamyde, accingit segladio.

*Petimus precario, poscimus imperiose, postulamus iure, flagitamus conuitio. discrimen inter duo verba,* Valla.*lib.5.cap.*58. *ponit inter oro & exoro, eodem libro.cap.29.verbis rogandi adiungitur, vt, non, q. Inuerbis vestiendi, accusatiuus rei mutatur in ablatiuum, dicimus variè induo mihi loricā, induo me loricā rarius & induo me lorica, paßiue tamen indutus loricam.* Dicitur latine exuere aliquem armis, regno, manus, pedesvinclis, exuere frontē, pudorē, hominē, puerū, indutas vestes, dicimus. Virgi. Geor.3. *vestes quæ rigescunt indutæ. Sunt quædā verba, quæ causa præpositionis compositæ geminum habent accusatiuum, vt traijcio,* Valla.*lib.3.cap.35.transduco, transmuto, transporto, transueho.*

ACCVSATIVVS REI ET
*personæ.*

Quædam vtrunuis ad mittũt, rei,seu personæ,vicit te,& vicitli tẽ.Excusat se et excusat valetudi nem.Accusat te & accusat tuam negligentiam.

*Quibusdam verbis, additur accusatiuus, aut personæ,aut rei,tantum,vt debellamus homines. Expugnamus vrbes.Valla lib.5.cap.65. aut rei & personæ,vt vicit te,& vicit litẽ,excuso Valla lib.5.ca.67. differũt accuso & incuso,vt Valla tradit li.6. ca.13.*

MOTVS AD LOCVM.

Quæ significant motum ad lo cum aliquem,accusatiuum postu lant nominis proprij citra præpositionẽ,eo Romam.Redijt Athenas. Nauigauit Cartaginem.

ITEM HAEC.

Confero me domũ,recipio me rus. Nam appellatiuis,siue maio rum locorũ vocabulis, fere præpositio additur. Profectus est in hispaniam , reuersus est in prouinciam,abijt in forum.

Dixi-

Diximus ingenitiuo, quo, pacto sehaberēt, aduerbi
loci, cōfero Valla.lib.3.ca.37. Domū, idē.3.cap. 15

SPATIVM TEMPORIS.

Quibus libet verbis apponitur accusatiuus significans spatium tēporis, potauit totā noctē, hic totū desedi diē, viginti annos natus est, iā seculū te operimur.

APPENDIX. 1.

Quāquā hic aliquoties in ablatiuū vertitur, cōmoratus est apud nos tribus horis seu tres horas.

APPENDIX. 2.

At quoties nō spatiū, sed species tēporis significatur, ablatiuꝰ tātū apponitur, noctevigilas, luce dormis, æstate domi desides, hyeme nauigas, superioribus diebus ad te scripsi, anno proximo teuisam significatur autē species, cū interrogatio fit per quādo, vt quando venies? hora tertia, spatiū vero

cũ sit interrogatio per quãdiu, vt quandiu vigilasti? duas horas.

*Triplex videtur, esse opinio tẽporis ponẽdi in casu, prima Nonij Marcelli, qui tẽpus perpetuũ, et cõtinuatũ, in accusatiuo, intermissum vero in ablatiuo, semper collocari docuit. Secũda Antonij, his verbis. Praeterea nullũ esse verbũ, quod nõ cũ accusatiuo vel ablatiuo, significãte tẽpus indifferẽter, cõstrui poßit. Tertia uero rectißimè omniũ de tẽpore loquitur, q̃ Thomae Linacro li. 4. debemus, cũ quaestionẽ duplicẽ proponit, quãdo, et quãdiu, cui addit Ascẽsius, nõ male tertiã, intra quod cũ in sermones Horatij, quaedã annotaret. Spatiũ igitur tẽporis quãdiu significat, hoc indifferẽter, in accusatiuo & in ablatiuo ponas, cõmoratus est apud nos tres horas vel tribus horis. Speciẽ vero tẽporis quãdo, denotat, quae tantũ ablatiuo explicatur, vt hora tertia legã, interogationẽ intra quod reijce ad formulas, quibus additur, praepositio, in, ad, per, intra, supra, vltra, ante, circiter, hoc in accusatiuo, sic tempus futurum ponitur in accusatiuo, cum in, sinamus indicem crastinum, in horam proximam, in annum, in posterum. In ablatiuo praepositio additur, ab, in, de, vt Linacer tradit, libro. 4. de tempore lege Augustinum Saturnium, in suo Mercurio maiore, libro. 1. capite. 46. & sequentibus de, intra, non, infra viginti dies.*

Triplex opinio porro

*Valla legendus est, lib. 2. cap. 53. quin etiam idem Valla lib. 3. cap. 53. irridet opinionem temporis continuati, lege tibi Epitomen Ascensij, cum temporis duratio nō est, loquimur sic, tres sūt anni, ex quo veni scholastica. Tertius agitur annus, ex quo. ab hinc præteritū tēpus, et futurum significat, sed tempus ponitur in accusatiuo, cum his compositis, biennium, triennium, cum ordinalibus in ablatiuo, vt decimo ab hinc die, dicimus cum cardinalibus, vtroq; modo.*

## SPATIVM LOCI.

Quibusdam & loci spatiū, eodem modo apponitur, iam mille passus processerant, patet in longum quinquaginta stadia, latum culmum, latum vnguem, latum digitum, Pedem hinc ne discesseris. Abest ab vrbe sesquimilliarum.

Quanquam hic quoq;, non nūquam, vertitur in ablatiuum, abest ab continenti quingētis passuum millibus.

Spacium

Spatium loci in accusatiuo ponitur, & aliquando in ablatiuo, vt abest ab vrbe mille passus, & mille paßibus. Mensuram spatij sic possumus distinguere. Digitus quatuor ordei grana, in latum posita continet. Palmus quatuor digitos, transuersa manus, palmus minor. Palmus maior. 12. digitos, latini dodrantem, Spithama. Pes quatuor palmos minores habet.

Cubitus, seu cubitum, sex qui pedem.
Gressus duos & semissem.
Passus quinq; pedes, vel duos gressus.
Orgia sex pedes.
Stadium centum viginti, quinq; passus.
Plethrum, centum pedes, pro iugero.
Diaulos duo stadia.
Milliarum nomen habet à mille. 8. stadia.

Parasanga, triginta stadi, aquã leucã dicimus vulgo. Nota. Pondus in accusatiuo ponitur, Plinius, lib. 21. ca. vltimo. Cyathus pendet per se, drachmas decẽ, pẽdeo, & pendo, consule Thesaurum. Quidam accusatiui adduntur verbis per Eclypsin, Cicero magnam partem ex iambicis nostra constat oratio. Ex Leone & Linacro, in Hellenismo.

Quidam accusatiui citra discrimen, iungũtur omnibus fere verbis, quales sunt id, hoc aliquid, siquid, nequid, quid, nihil.

## RECIPROCVS ACCVsatiuus.

Quodlibet verbum, quantun-
uis intrāſitiuū, admittit accuſati-
uū nominis ſignificā tis eundē a-
ctū. Vt, quā hic vitā viuitis? En-
dymionis ſomnū dormis. Huius
generis ſunt illa: lōgū nauigauit
iter. Hunc ſcio mea ſolide ſolum
gauiſurum, gaudia.

*Verbis neutris additur accuſatiuus variè, aut ex vi, præpoſitionis cōpoſitæ, vt adeo tēplū aut ex idiomate, Antonio autore, vt ſapit picē, aut figuratè, vt Corydō ardebat Alexin. Aut reciproce, vt viuo ritā lege Thomam, Linacrum, lib. quarto, in principio de neutrorum conſtructione. Verbum neutrum quadruplex eſt, neutrū proprie, vt febricito. Neutrum paſſiuum, vt vapulo. Neutrum actiuum, vt ſeruio tibi. Neutrum omnino actiuum, quod tranſitiuorum morem habet, vt eo iter. Hunc ſcio ſolide. Hic accuſatiuus vertitur in ablatiuum, vt dum videor vita viuere. Endymionis ſomnum Adag.*

ACCVSATIVVS PER
*figuram.*

Item illa, reſipit, ſapit aduſtio-
nem olet lucernā, hircū. Olet vn-
guen-

guenta, spirat Italiã. Vox non sonat hominẽ, vineta crepat mera. Viuunt Bachanalia. Viuit Cynicum. Et quæ ponũtur aduerbiorum loco, furit indomitum, dulce sonat, toruũ tuetur, i, in domite, dubite torue.

*Verba neutra pro actiuis posita, habent constructionem actiuorum, per Eterosim figuram. Corydon ardebat Alexin. Est etiam Enallage nominis, pro aduerbio, in his locutionibus, furit indomitum. Multa verba neutra asciscunt accusatiuum, composita ab eo, exceptis pereo & intereo. Verba olendi, volo cum suis compositis, possum, & verba lugendi, fugio, lateo, sapio maneo, scando, spero, despero, dicimus non me latet, negatiue, & non affirmatiue, & obire mortem & morte obita, & oppetere mortem, & occumbere morti, ex Leone. Plautus, pestem oppetas.*

*Verba absoluta siue neutra, quæ paßiuam interpretationem intertia persona recipiunt, accusatiuum rei inanimatæ, admittunt, vt bibo vinum.*

*Attica phrasis est, in verbis absolutis, accusatiuũ cognatæ significationis apponi, vt viuo vitam, adde, mensuram significans, vt Nestor vixit, tres ætates, percurri stadium.*

## ABLATIVVS POST *verbum.*

Quoduis verbū admittit ab tiuum significantem qualecun instrumentū, aut modū actioni

EXEMPLVM INSTRVMENTI

Petijt me saxo, cecidit me loris Enecas odio, refellis argumētis Vincit sapientia, conciliauit hu manitate multos. Concordia re paruæ crescunt, discordia ma xime dilabuntur, ideſt per dis cordiam.

EXEMPLVM MODI.

Mira celeritate rem peregit Summa eloquentia causam agit Hic tamen apponitur aliquoties præpositio cum. Summa cum hu manitate tractauit hominē. N instrumentis nō apponitur. N enim recte dicitur, scribit cum ca lamo.

*Ablatiuus regitur, aut vi nominis, aut verbi aut ad uerbio additur, aut media præpoſitione ponitur in oratione.*

*Cauſa, locus, tempus, modus, materies, inſtrumentum, pretium, iudicium, in ablatiuo ponitur ex* Leone. *De ablatiuo inſtrumenti aut ſeptimo caſu,* Valla li. 2. *cap.* 6. Linacer *lib.* 4. Iulius Scaliger, *lib.* 4. *Inſtrumẽti ablatiuus à præpoſitione omnino aborret, materiæ autem, modi, & cauſæ aliquando eam aſſumit, varijs herbis, vel ex varijs herbis, auro, vel ex auro.*

APPENDIX. I.

His finitima ſunt, quæ ad Synecdochen pertinent. Ægrotat animo, magis quam corpore. Diſcruciatur animo. Candet dentibus. Rubet capillis, id eſt ſecundùm animum, corpus, capillos. Poetæ dicunt per accuſatiuum, languet animum. Rubet faciem, canet capillos.

*Synecdoche vulgo dicitur, cum pars ponitur in accuſatiuo, vel in ablatiuo, poetis familiare, hiſtoricis rarius. Reperitur tribus modis, per adiectiuum, vt albus dentes. Per verbũ, vt candet faciem. Et paßiue, expleri mentem nequit. Per participium, vt oculos*

*suffusa nitentes. Quod esse græcismū Linacer affirmat, li. 6. Aldus in tertio, Mossellanus, in figuris. Synecdoche autem est, significatio pleni intellectus cum pax cum plus minus ve pronūtiat. Lege Plutarchum in Homerum. Et Fabium, & Donatum.*

*Discruciatur, reperitur & in genitiuo, discrucior animi, & animo, pendet animi.*

## COMPARATIVA.

Quæ vim obtinēt cōparationis, admittunt ablatiuū significantē mensurā. Multo præstat cauere, quā admittere. Multis, infinitis partibus te vincit. Duplo superat, nimio excellit, antecedit.

*Auxesis verba, quibus amplificamus, ablatiuum postulant mensuræ vt multo, multis infinitis partibus, duplo, nimio, excellit.*

## MOTVS A LOCO.

Quæ significāt motū á loco, siue per locū, eadē nomina admittūt in ablatiuo, quæ ī genitiuo apponebātur, cū significabatur quies in loco. Discessit, Londino, rure reuersus est. Louanio sunt factu

ru

rus iter. Apponitur ſemper præpoſitio per, apellatiuis, ac regionū nominibus. Per Italiā eundū eſt Græciā petenti. Per forum ibis. Adduntur, & hi ablatiui, aduerbiales. Hac eūdū eſt, illac iſtac. Quá pro aliqua parte ſeu via, vt, ſi qua licebit effugere. Et relatiué. Quá ſpectat Ægyptū.

*In genitiuo de tota locorū ratione diximus. Qua, relatiue, infinite, interrogatiue poteſt ſumi, recta vbi intelligitur via. Eclypſis, quæ aliquādo apponitur. Linacer, libro. 6.*

ABLATIVVS ABSOLVTVS.

Quibuslibet verbis additur ablatiuus, abſoluté ſumptus, me dormiēte tu bibis. hoc me viuo nō facies. Hæc fiūt te rege. Te cōſule, te pōtifice. Te īpulſore, hoc feci. Lilio præceptore tātus hic euaſit

*Ablatiuus abſolutus, dicitur, quod intra ſuæ orationis cancellos ita abſoluat ſenſum, vt à nullo pendeat. Fit autem quatuor modis, per duo no-*

*mina. Per nomen, & pronomen. Per nomen et participium. Per participium et pronomem, aliquando solum participium, in consequentia ablatiuus legitur. Horatius, Excepto, quod nõ simul esses, cætera lætus.*

Oratio subiunctiui fit per ablatiuum absolutum in præsenti & in præterito imperfecto, nominatiuus & participium mutatur in ablatiuum, vt cum legam me legente, in reliquis temporibus, accusatiuus & participium mutatur in ablatiuum, vt cũ legerim lectionẽ, conueniam patrem, lecta lectione, sic in resoluẽdo ablatiuo perpendas oportet formam participij. Cum sunt duæ plures ve orationes, prior vel priores vertuntur in ablatiuum absolutum vt audiui lectionem, & ientaui, audita lectione, sumpto ientaculo, cõuento præceptore, abij.

Oratio tẽporalis, causalis, cõditionalis & aduersatiua fit per ablatiuũ absolutũ, tẽporalis, vt cũ ego legebã me legente. Causalis vt, quia tu iuuisti vici, te iuãte vici. Cõditionalis, vt si tu iuuares me, ego vincerẽ, te iuuãte me vincerem. Aduersatiua, vt quanquã tu repugnasti, vici, te repugnãte vici. Oratio huius verbi sum es, fui mutatur in ablatiuum si duos nominatiuos in ablatiuos commutes, vt cum tu puer eras, te puero, participium præsentis semper vertitur in nomen, vt cum imperabat Carolus, Carolo, imperãte, Carolo imperatore. Oratio gerundij ablatiui fit per ablatiuum, vt subleuando pauperes eris amicus Deo, subleuãdis pauperibus, subleuatis pauperibus, in ablatiuo

*tiuo requiruntur, vt sint diuersa supposita, vt me legente disces, licet inuenias autoritates eiusdem suppositi, sunt qui dicant nullum esse ablatiuum ab solutum, vel consequentiæ, quod putent fieri* Eclipsim.

IMPLENDI ONERANDI.

Verba implendi, onerādi & his diuersa, satio, saturo, expleo te fabulis, ingurgitauit se cibo, obruit se vino. Oneras stomachū cibo, leuabo te hoc onere. Exonerabo te nummis. Nudauit, exuit, spoliauit me bonis omnibus. Emunxit senes argento.

*Multa verba post accusatiuum gaudent ablatiuo sine præpositione.*

*Verba implendi, impleo, repleo, compleo, expleo, cumulo, refercio, lege* Valla.*lib.*3.*cap.*78.Ingurgito *cum reciprocatione vtimur, idem lib.* 5.*ca.*55. *obruo idem lib.*5.*cap.*51, *onero, exonero, leuo, ego te hoc face leuabo.* Virgilius *in* Ecloga.9. *verba laudandi, effero, extollo, veho, fero te laudibus.*

*Verba liberādi, libero, soluo, assero, purgo, expurgo.*

*Verba lacessendi, prouoco, lacesso, irito, ab ira legē* Adagiū;*iritare* Crabrones, *nō irritare dicimus, in arenam prouocare aliquem.*

*Verba spoliandi spolio, despolio, exuo, nudo, priuo, orbo, mulcto, interuerto, verto.*

*Verba eludendi, eludo, emulgeo, tango, circunduco, circunscribo.*

*Verba excellendi, excello, antecello, præsto.*

*Verba ornandi, vt orno te laudibus, exorno, decoro.*

*Verba munerandi, munero, remunero, dono te corona.*

*Verba docendi, imbuo, erudio, instruo te philosophia.*

*Verba vestiēdi, cingendi, de quibus, in accusatiuo. Afficio eandem rationem sequitur, vt postea videbimus, muto, mutauit Glandem Arista, Virgilius, in Geor.*

*Assero, & vindico, frequentius ablatiuum cū præpositione admittunt, vt assero te seruitio, & vindico te à morte.*

*Eripio variè, vt eripio tibi mortem, & eripio te morte, & à morte. Omnia hæc verba reiecit Antonius ad speciem quintam actiuorum.*

PROSEQVOR ET AFFICIO.

Item prosequor, & afficio, afficit me iniuria, damno, honore, prosequor te odio, amore, beneuolentia.

*Periphrasis ex his duobus verbis fit, in afficio, et res, qua aliquem de meremur.* In ablatiuo poni-tur, *vt, afficit me iniuria*, Valla libro. 3. cap. 94. Idē de *prosequor* lib. 5. cap. 32. In quo verbo significatur actio declarans alterius affectum in alterum, *prosequi aliquem honore, oculis, charitate, versibus, cantu, conuicijs*, & cum accusatiuo tantum, *prosequi abeuntem*. Cicero in Epistola. 23. *Cum te prosequerer paludatū.* Idest honoris gratia, te comitarer.

## PLVIT LAPIDIBVS.

# Pluit lapidibus, lacte, sanguine, siue lapides, lac sanguinem.

De constructione anteriore verborum ad naturam spectantium, diximus in nominatiuo. Lege Linac. lib. 4. et. 6. Aldum in. 3. de constructione posteriore, aut vtraq;. Valla, in lib. 3. cap. 4. A fronte gaudet, pluit nominatiuo. *Vt pluit sanguis*, à tergo accusatiuo, & ablatiuo, sed rei, quæ alienæ sit significationis, *vt lapidibus pluisse in Albano nuntiatum est.* Composita a pluo, de pluit, deorsum pluit, in morem pluuiæ, per pluit, per medium pluit, Plautus per pluunt tigna, Asinus compluitur. Adagium. De alijs verbis exceptæ actionis, exempla extant apud autores, Ennius toto simul tonauimus.

Thea-

*Theatro, Statius libro. 2. Sylua, & pharsalica bella detonabis, idem. 4. Theb. Vetitoq; domus, iam fulgurat auro. Ibidem. Clypeo victum Pythona coruscat, Martialis lib. 10. Murmure iam sæuo, verberibusq; tonas. Serenat, Virgilius, vultu, quo Cœlum tẽpestates q; serenat, & multa alia, quæ metaphoricós, efferuntur, Mercurius lib. 1. cap. 32. Ningit & suppositum & appositum respuit.*

MEREOR BENE, SEV *male.*

Bene mereor & male, peius melius, optimé pessimé, interueniente præpositione, asciscunt auferẽdi casum. Optimé de literis meritus es. De me nihil es meritus, neq; bene, neq; male.

*Mereo, actiue, aurum, stipendia, cum accusatiuo, & per, Eclypsim. Suetonius, meruit sub Seruilio Isaurico. Idem quod facere stipendium, facere stipendiũ, vel militare stipẽdij gratia. Mereor, paßiuè, deponẽs cum accusatiuo mereri culpam, diuitias, mereri laudem maiorem ferendo, quam vlciscendo, cum ablatiuo media præpositione, id est confero beneficium in aliquem, bene, melius, optimè, male, peius, peßimè, præclare, cõmodius, et sine aduerbio, de me, nec meritus est. Huc refer bene mecum agitur, præclare, nõ*

nun-

*nunquam actiuè, bene agerent parentes cum filio, si castigarent. Actum est, in malam, partem accipitur, cum ablatiuo & præpositione de. Valla lib. 5. capit. 102. & ca. 99.*

PASSIVA.

Passiuis additur ablatiuus agẽtis. Sed accedente præpositione, á, vel ab. Rideris ab omnibus. Additur aliquãdo datiuus absq; præpositione. Amaris omnibus vel ab omnibus. Accusatiuus patientis vertitur in nominatiuum. Pater castigat filium, filius castigatur á patre. Cæteri casus, ferè omnes, manent, in passiuis qui fuerant actiuorũ. Doceris á me grammaticam. Accusaris furti, haberis ludibrio. Priuaberis magistratu.

*Quatuor modis vertitur oratio actiua in passiuã. Primo vnicus accusatiuus, in nominatiuum, vt Deus amatur á me. Secundo duo accusatiui principales in duos nominatiuos, vt habeo te virum doctum, tu haberis*

*beris à me vir doctus. Tertio quando ex duobus accu|satiuis, minus principalis remanet, alter mutatur, ut doceo te grãmaticam, tu doceris á me grãmaticam. Quarto, cum datiuus mutatur in nominatiuũ, persuadeo tibi tu persuaderis à me.*

Accusatiuus se, reciprocus non uertitur ni nominatiuum, sed in ablatiuum, Petrus amat se, Petrus amatur à se.

Nominatiuus agens instrumenti in effectiuum uertitur, ut lapis percußit Petrum Petrus percußus est lapide.

Persona agens actiue in paßiua uertitur, in ablatiuum, cum præpositione à uel ab vt notat, Valla. lib. 2 cap. 29. & in datiuum poeticè & per quam raro, vt Deus amatur mihi, participia vero paßiua admittunt datiuum personæ agentis, vt Virg. lib. 4. ó luce magis dilecta sorori. Raro, atq; adeo rarißime, ablatiuũ cum præpositione, vt Terentius, cõtẽptus abs te hæc habui in memoria, in Eunucho. Casus vero qui post nominatiuum, & accusatiuum verbis addũtur, in paßiua remanent, lege Linacrum. lib. 4.

## QVE PER SE PASSIVA *vocantur.*

Quæ per se paßiua vocantur, cõstruuntur, quemadmodum &

*& illa,*

& illa, vænij á domino, vapulabis á præceptore, quid fiet illo?

*Verba neutra paßiua, sunt uapulo, uæneo, liceo, fio, exulo, quod ultimum, non admittit ablatiuum personæ agentis, est enim absolutum uerbum, eius loco, dicimus fit. Relego actiue, exilio multo, eijcio, patria, exilio afficio, ago, mitto in exilium. Paßiue, relegor, exilio multor, eijcior patria, exilio afficior, agor, mittor in exilium. Absolute autē exulo, exul sum, exilij causa solum verto, vel muto, lege Mercurium. lib. 1. cap. 31.*

*Quid fiet illo? Adrianus annotat in suo libro de modis latinè loquendi, elegantißimè dici, quid illi fiet, quid illi faciam, quid illi factum est, inepte dici quid de illo faciam, quid de illo factum est, idq; multis probat autoritatibus. Terentius in Adel. fine. Dixit, sed de fratre quid fiet?*

VESCOR ETCE
*tera.*

Vescor carnibus, hic victitat lacte, vtor homine familiariter. Inuenitur & vtor hanc rem. Et abutor operam. Fruor tuo con-

*spectu,*

ſpectu. Et tuo fretus auxilio. De potior dictum eſt fungitur magiſtratu. Defunctus eſt vita.

*Veſcor, Valla, lib. 4. cap. 53. Lege Mancinellum, vbi vtor, & abutor, ſic differunt, iuxta Donati ſententiam, vtimur cum honore, abutimur cum iniuria, vel vtimur his rebus, quæ nobis vtentibus permanēt, abutimur his, quæ nobis vtentibus pereunt. Vtor, ſi cum homine iungatur, conuerſari ſignificat, ſi vero cum alijs, eſt vſum habere. Vti foro, Adagi. vtor et abutor cū ablatiuo, cū accuſatiuo vero per Archaiſmon, Plautus, abuſus ſum rem, & pecuniam. Terētius, operam abuti, abuti numos eſt conſumere, fruor. Valla lib. 5. cap. 5.*

*Paſco, & paſcor, accuſatiuo iungūtur, & paſcor, & poſt accuſatiuum cum ablatiuo.*

*A fruor, tria oriuntur participia, frutus, vnde fructus. Fretum, vnde fretus, cuius nominis maxima eſt elegantia, fretus intelligentia, ingenio, amicitijs, conſcientia, officijs meis. Synonima habet confiſus, nixus, fultus, contrarium diffiſus. Fruiſcor de fruor, & defrutum vini ſpecies. Fruitio Theologis vſitatum nomen. Fungitur, fungor Valla in eodem loco, vnde, defungor idem, lib. 5. cap. 44. Defunctus regijs imperijs, fatalibus malis, periculis, et abſolute Terētius in Eunucho, defūctus iā ſum, perfungi cura dicimus.*

Verba

*Verba etiam lætandi, lætor, de lector, glorior, dignor, de dignor ablatiuum habent.*

*Verba naſcendi, naſcor, orior, ablatiuum cum præ poſitione aſciſcunt, quorum participia præpoſitionem reſpuunt, vt, diuis orte bonis. De quibus poſtea.* Nota. *Verba copiæ, & in opiæ ablatiuo ſine præpoſitione, gaudent, careo, vaco, egeo, indigeo, abundo, redundo, exubero, expumo, ſcateo, ſuperſedeo, affluo, abundo, in bonam partem accipitur, redundo in malam, lege paraphraſin Eraſmi.*

*Verba gaudij mœroris, caloris, frigoris, ægrotādi, manandi, & inchoatiua, quæ ad tertiā ſpeciem reijcit Antonius, gaudeo, exulto, geſtio, mœreo, mœſtus ſū, caleo, ardeo, flagro, gliſco, frigeo, algeo, laboro, fragro, langueo, mano, caleſco, frigeſco, palleſco, adde areo, vireo, tumeo, ſcalleo, de obeo, & oppeto diximus, luxurio, ſuperbio, dirigeo, illud interim notandum, non nulla ex his perinde, vt vera paßiua, ablatiuum cum præpoſitione admittere, Cicero libro ſecundo, de Natura, deo. ea caleſcit primum ab ipſo ſpiritu, lege Mercurium maiorem lib. 1. cap. 29. Cui ſuus honor reddi debet, quod omnia hæc perueſtigauit, grāmatici hæc verba vocant, paßionis innatæ.*

APPENDIX. 1.

Præpoſitio ſubaudita, facit, vt ablatiuus recte addatur, habeo

te loco parentis. Eſt mihi vice fi-
lij, ideſt in loco, in vice. Appa-
ruit illi humana facie, deceſſit
magiſtratu.

Abl. addito ... ruis.

*Ablatiuus additur verbis cauſa præpoſitionis mul-
tis modis. Aut præpoſitio additur verbo recta, vt ha-
beo te in loco filij. Aut ſubauditur, quod Eclipſis
efficit, vt eſt mihi vice filij. Aut præpoſitio cõpoſita
vim retinet ablatiui, vt legere eſt in Cornelio, Vale-
rio, regulã quintam decimi quarti capitis de conſtru-
ctione, decedo, decido, decidit ſpe, deturbo, detur-
bare aliquẽ gradu, egredi officio, et ordine, exeo,
exeat aula, qui vult eſſe pius, Lucanus, detrudo.*

*Dicimus habeo te loco parentis, & tu es mihi vice
filij, non tu es mihi in filium, Valla lib. 3. cap. 88.*

INFINITA. APPENDIX. 2.

Quibuſdam familiariter addũ-
tur verba infinita ſolet, debet, cœ-
pit, optat, gaudet laudari, amat
videri diues, ſtudet metui. Nam
figurate ponuntur vt á nullo pẽ-
deant hæccine fieri flagitia? &
venari pro venabatur.

*De verbis infinitis diximus latius in nominatiuo. Le-*

gi

ge Vall. li. 3. ca. 21. et lib. 1. ca. 25. Thomã Lina. lib. 1. c. 4. Antoniũ lib. 4. Aldũ lib. 3. Mercuriũ, qui lib 4. de infinitis elegãtißime dispoſuit, vbi de circũloquijs agit, illinc petet, qui volet ad Nauſeã vſq; de infinitis diſputare, nec enim hæc diſputatio de nihilo eſt, Auguſtinus de rebus neceſſarijs tractat. Meũ eſt autores indicare, nõ autẽ quæ aliena ſunt, tranſcribere, et pro meis vẽditare, cũ aperte ſciam hunc librũ non vbiq; obiuũ eſſe, ita vt furtum poſſet cõmode fieri.

## DIVERSI CASVS EIDEM
### additi verbo.

### APPENDIX. 3.

Nihil vetat, quominus, eidẽ verbo, diuerſi caſus, apponantur diuerſæ rationis. Dedit mihi veſtẽ hãc pignori, te preſente propria manu: nã veſtẽ additur tãquã trãſitiuo, mihi tãquã acquiſitiuo. Pignori, ex eorũ eſt forma, quæ reſoluntur per, ad, vel in præpoſitionem ideſt in pignus. Te præſente ablatiuus eſt abſolutus manu inſtrumentalis.

Ratio grãmaticæ conſtructionis poſtulat vt à verbo multi caſus pendeant poſt nominatiuum, quem

*à fronte habet. Diximus enim casus, aut generales, aut speciales posse subsequi, qui quidẽ peculiariter, aut generaliter reguntur à verbo, qua ratione nihil impedit varios casus, varijs rationibus vni verbo adhærere. Exempla possunt à superioribus regulis desumi, sunt etiã verba, quæ variè construuntur. Autores consulas oportet.*

## GERVNDIA.

Gerundia omnia eosdẽ ferme casus admittunt post se, quos habent verba: à quibus deducũtur. Ad discendas literas. Ad seruiendũ tibi. Ad fruendũ amico.

*De gerundijs, Valla. lib. 1. ca. 27. Antonius quarto, & Linacer, omnium optime Augustinus Saturnius, in suo Mercurio, per totum librum septimum, nos autem aliquot annotabimus.*

Quid sit Gerũdiũ *Gerundium est pars orationis, quæ declinatur per casus, cum tẽpore, & habet significationẽ, & cõstructionẽ verbi, à quo descẽdit. Nõ igitur est nomen, nõ participiũ, nõ verbũ, nõ alia orationis per se pars.*

Gerũdiũ de gerere *Dictum à Varrone, quod inuolucrum gerat dubiæ vocis, et significationis, vel quod significet res gerere, dicitur à gero is, gerendi, gerundium.*

*Gerundijs accidunt, qualitas, genus, numerus, figura,*

*ra,significatio,quæ sunt perpendenda.*

*Gerūdia,aut sunt substātiua,aut adiectiua,gerūdia substātiua in di,do,dum,desinunt.Gerūdia adiectiua omnia genera,numeros,et casus habēt, dicūtur gerūdiua,hinc,elicies genus,numerū,et casus gerūdiorū.* duplex varia

*Significatio,sic se habet,si gerūdiū à trāsitiuis verbis descēdit,actiuè et paßiuè significat,etiā si gerundiū genitiui tantū actiuè significare dicant alij: si ab intransitiuis,in his paßiuè,in illis actiuè, ut vapulandi,do,dū,paßiuè,seruiendi,do dū,actiuè.Quod perpetuo sic habet Vsus gerūdiorū. De substantiuis sic ex Leone,qui primus omniū proposuit vtilißima.*

INDI.

Gerūdia indi ante se habēt hæc nomina, gratia,causa, prætextu, occasione,titulo,otiū,facultas,licentia,ars,aut simile nomen substantiuū. Veni huc,causa visendi te, nō erat copia cōueniendi hominem,ars dicendi.

Nonnūq; præcedit adiectiuū, cupidus visendi te, Gnarus bellandi,certus eundi, imperitus nauigandi,peritus medicandi.

IN DVM.

Gerũdijs in dum, præponitur præpoſitio, ad, vel inter. Ad colloquendum tecum, inter cœnandum. Hoc mihi venit in mẽtem, reperitur & ante domandum. Cum ſignificamus neceſſitatem, ſine præpoſitione vſurpantur addito ſubſtantiuo verbo, vigilandum eſt ei, qui cupit vincere.

INDO.

Gerũdia in do dependẽt á præpoſitione in, vel ab, ſine dictione, quæ requirit ablatiuum vt in cõſultãdo locus eſt eloquẽtiæ in pugnãdo viribus eſt opus. Reuerſus á venando, ſiue á venatu. Tacendo refellis, ideſt tacens refellis. Scribẽdo diſces ſcribere, Romanus ſedendo vicit.

*Gerundiũ genitiui iũgitur, ſubſtãtiuis nõ ſignificantibus, corpus, aut rem corporeã, vt cauſa, gratia, occaſio,*

occaſio, anſa, prouerbialiter, et reliqua, poetæ infinitū, gerundij loco vſurpāt, Virg. Studiū quibus arua tueri, quod græcū eſt, nam græci gerundijs carent, et quoniā græci infinitis dant, à frōte nominatiuū, aut accuſatiuū, id quoq; vſurparūt latini, in transferēdis Agiographis, quod quidē an poßit fieri Mercurius tractat, lib. 7. ca. 2. Sūt quedā nomina adiectiua, quæ gerundio genitiui addūtur, verbalia, vt auidus, cupidus, & nomina peritiæ, & contra peritus, imperitus, gnarus, ignarus, doctus, indoctus, ſciēs, prudens, potens, in quibus etiam infinito poſſumus vti.

Frequenter apud autores, ponitur gerundiū genitiui pro infinito. Mercurius, lib. 7. cap. 10. Tullius ad Terentiā, cū haberem in animo nauigādi, licet alij dicant eſſe Eclipſim nominis ſubſtātiui, Cicero in offi cijs. 3. Si dicendi labor eſt, potius quam voluptas.

Gerūdiū genitiui regit poſt ſe per archaiſmō genitiuum, qui numero, & genere diſcrepet, vt nominandi tibi iſtorum. Lege Cornelium Valerium.

Gerundiū datiui in do, iungitur huic verbo, ſum es fui, et nominibus ſignificantibus, vtilitatem, facilitatem, aptitudinem, & poeticè, aliquādo verbis regentibus, datiuum, vt Virgilius, aptat habendo enſen. De Gerund. Datiuo

Gerundiū accuſatiui, iūgitur nominibus ſignificātibus facilitatē, aptitudinē, vtilitatē, et verbis motū ad locū ſignificātibus, cū his præpoſitionibus, ad, ob, propter, inter, ante. Cū duobus poſterioribus, raro admittūt gerundia caſum, ſed vertūtur in alios modos, de gerund accusatiuo

*vt inter legendũ lectionem.i.dum legitur lectio, significatur in hoc gerũdio causa. Est in hac voce quædam similitudo gerundij nominatiui, cũ significamus neceßitatẽ, ponitur persona agens in datiuo, aliquando patiens in accusatiuo, vt uigilandum est omnibus, & pacem* Troiano *ab rege petendum.*

*Laurentius appellat hanc terminationem participij futuri indus, quod fieri nequit, siue, quia significat actionem, siue, quia plærunq; descendit à verbis neutris, Seruius & alij gerundium nominatiui uocãt, quibus repugnat, quod gerundium non habet personam agentem, & quod etiam reperiatur in accusatiuo, vt in* Eunucho. *Tum pol tibi ab istoc hera cauendum intelligo.* A Prisciano *uocatur aduerbium positionis, quod magis placet* Leoni, *ad imitationem græcorum. Gerundia ablatiui iunguntur his præpositionibus, in, de, e, ex, a, ab. Cũ uerbijs gaudij, aut quãdo modus significatur, aufertur præpositio, et cũ instrumẽto vim habet gerundiũ ablatiui, vt* Vnus *homo nobis cunctãdo restituit rẽ, dicẽdo disces dicere adagiũ, scribẽdo disces scribere, vincẽdo victus est* Hispanus Rauenæ.

## GERVNDIA NOMINA.

Vertuntur gerundia in nomina adiectiua, vt causa visendi te. Et causa visendi tui. Ad discẽdũ literas. Ad discendas literas. Le/

*gendo*

gendo libros doctus euades, & legendis libris doctus euades.

*Gerundia adiectiua, ut diximus, habent maximam Affinitatem cum participio futuri indus, & nomine uerbali, discrimen hoc est.*

*Cum terminatio indus, da, dum, est participium, significat tempus futurum. Cum gerundium, aßiduitatem. Cum est nomen uerbale, idē quod dignus a, um, cum uerbis paßiuis.*

*Loco, conduco, mando, curo, accusatiuum gerundij adiectiui, aut participij præteriti, & non infinitiuum sine præpositione, ego locaui faciendam Aram, curaui mittēdos libros, habeo prodebeo utrunq; admittit, habeo docendum pupillum, & docere pupillum.*

SVPINA IN VM.

Prima supina sequuntur verba significantia motum ad locū, vt abijt piscatum, id est ad piscādum. Admittunt post se eosdem casus, quos verba ipsorum.

*Emendandū est in omnibus libellis Syntaxeos supina in um, & in, u, quòd supina triplicem habeant literam, quā Characteristicam Græci uocant, hoc est formatiuam. Supina omnia desinunt in tū, sum, xum. De*

ſupinis lege Mercurij librum.3. Valla.1.cap.28.

Supinum eſt pars orationis ſine caſu, et tēpore, ſeruata verbi ſtructura, agendi vel patiendi ſignificatiua, ſupinum igitur quaſi verbum mancum eſt.

Supinū dicitur ſumpta met aphora, ab hominibus, ſupina quadā negligentia præditis Sipontinus dictum credit, quod reſupinetur, hoc eſt cōuertatur in aliam ſignificationem, à voce participij paßiua, quod quidem veſtigare, quam in vtile ſit, omnes viderint.

Supinum duplex eſt, primum in vm, et vltimum, in, v, an dicatur rectè primū, & vltimū, quæſtio eſt.

Supinum primum gaudet verbis motum ad locum ſignificantibus. Motus autem duplex dicitur, vnus expreſſus, manifeſtus, explicitus, vt abijt piſcatum. Alter latens, implicitus, obſcurus, vt do venum, nuptum. Non ſemper ſupinum ſignificat motum, ſed aliquando idem quod verbum ſimplex, vt conſultum eo, ideſt conſulo, & petitum eo, i, peto. Corrige hinc locum deprauatum Plauti in Aulularia, ſi opulētos it petitum pauperioris gratiam, pro opulento ſit petitum, error eſt.

Supinū primū ſignificat, quod verbū à quo deſcendit, ab actiuis actionem, à paßiuis neutris, paßionem.

Supinum gaudet caſu ſui verbi, eo ſeruitum Deo.

Supinum poteſt reſolui in gerundium accuſatiui, eo ad piſcandum, in participium futuri, eo piſcaturus, in ſubiunctiuum, eo vt piſcer, & infinitiuum rarius, eo piſcari.

Abſo-

ABSOLVTE POSITA.

Ponnntur & abſolutè, cum verbo eſt. Pugnatum eſt, actum eſt, dormitum eſt, ceſſatum eſt ſatis.

*Videtur hic autor innuere verbum imperſonale abſolutè poni cum his præteritis dormitum eſt, cumq; oblata ſit occaſio imperſonalium paßiuæ vocis, nō abſurdum erit, de his agere.*

*Primo imperſonale eſt duplex, vt in nominatiuo diximus actiuæ vocis, & paßiuæ, quod eſt ſimile, tertijs perſonis, paßiuæ vocis, vt pugnatur.*

*Secundo deſcendit à verbis in, o, tantum terminatis, actiuæ ſignificationis, ab abſolutis præcipuè, deinde à uerbis datiuo gaudentibus, vt itur, ſeruitur.*

*Tertio perſona agens, in ablatiuo ponitur, cum à vel ab, quo ſuper ſedetur elegāter, in præteritis præſertim, vt pugnatū eſt, ceſſatum eſt.*

*Quartò nō ſemper ablatiuus eſt generalitatis, & eſt paßiuæ ſignificationis cōtra aliquot autores grāmaticæ inſtitutionis, lege* Mercurium lib. 3. cap. 13. *Vbi multa exempla ſingularitatis adducit, & lege libellum fratris* Martini Cueuæ, *de corrupto docendæ grammaticæ latinæ genere. Cicero in multis locis, libro.* 6. *Epiſtolarū, ſed nihil eſt à me, ſeruitum, temporis cauſa.*

*Quinto regunt verba imperſonalia caſum verbi à quo deſcendunt.*

*Supi=*

## SCHOLIA IN SVPINA IN V.

Supina in.u. paſſiuæ ferme ſignificationis ſunt,adhærent nominibus adiectiuis,vt turpe dictu. Mirabile viſu, difficile creditu, procliue factu,id eſt adfaciendũ, nam in his, ſurgit cubitu, rediit venatu,nomina potius cenſenda ſunt.

*Valla li.1.cap.29. Sex ſunt conſideranda,ut ſupinũ ultimũ ſit ſupinũ.Primo,iungitur nominibus adiectiuis.Secũdo,ſignificat ſemper paßionẽ. Tertio,nõ admittit præpoſitionẽ.Quarto,non adiectiuũ.Quinto,nõ caſum.Sexto,nũquam iungitur uerbis,ſi quid ſecus accidat, nomen erit.*

## DE PARTICIPIIS.

Participia ſequuntur conſtructionem verborũ, a quibus deriuantur, donaturus tibi veſtem, vel te veſte,conſulens tibi, fruiturus te,diligẽdus ab omnibus, quã quam in his vſitatior eſt datiuus, diligendus omnibus.

*Quid eßet participium, unde diceretur, quot accide rent participio, diximus in Etymologiæ tabulis tam uernaculo sermone, quam latino conscriptis. De signi ficatione iam tradidimus, de casu nunc restat dicẽdũ, quod quidem Antonius breuißimè complexus est uni ca regula. Gerundia supina, & participia, exigunt ca sum uerbi, à quo descendunt, ut consulens tibi, frui turus te.*

quid est participio

PARTICIPIA FACTA *nomina.*

Cum transeunt in naturam no minum, genitiuum postulant, vt amans vini, fugitans litiũ, cupiẽs tui, sitiens auri, peritus belli & si ne casu, vt vir potens, eloquens.

Tunc & comparationem acci piunt more nominum, in ns, vel in tus, desinentium, cupientior fa mæ, quam auri, cupientissimus tui, nulli desideratior, quam mi hi. Desideratissimus patriæ.

PARTICIPIA FACTA NOMI *na compositione.*

Quæ compositione fiunt nomi *na geni=*

na genitiuum ã asciscunt, indoctus pilæ, in expertus belli, quanquam, & horum simplicia simili modo vsurpantur.

participia sunt esse (?) prima

*Participiũ fit nomen, aut quia duo assumit, aut quia tria amittit. Si assumit cõparationẽ, vt participiũ præsentis, aut præteriti in tus, relinqua vero participia nõ admittũt formationẽ cõparatiui, aut superlatiui, nõ dicimus amaturior, nec amãdior. Si componitur participiũ fit nomẽ, eodẽ modo, quãdo amittit tẽpus, significationẽ, aut cõstructionem, solẽt enim participia facta nomina genitiuũ habere, aut poni absolutẽ, idẽ quod, dignus. a. um. Cũ verbis paßiuis, & retinet propriã constructionem participiũ. Futuri in rus fit nomen, cũ non significat tẽpus futurũ sed animi naturã, vt apud Quintilianum, nõ taciturus de gloria sua, & cõstructione sua gaudet. Vtimur participij cõpendio, sic, vt studeo ne veniẽs magister me obiurget, vbi nõ est locus verbo, non enim dices ne veniat magiter. Vall. lib. 1. ca. 34. et. 30. 31. 32. Linac. lib. 4.*

## DE NOMINIBVS VERBALIBVS.

Omnia fere verbalia genitiuũ admittũt, qui verbis erat accusatiuus, vt, colo agrũ, cultor, cultrix agri, cultura agri. Bibo vinũ, bi-

*bax*

bax vini, cupio laudem, cupidus laudis. Itē quæ ſunt affinia his, vt auarus laudis, ignarus omnium, ſtudioſus tui, ſecurus amorum.

### IN BILIS.

Verbalia in bilis accepta paſſiuē datiuo gaudēt, vt participia in dus. Flebilis, formidabilis, omnibus, i. flēdus, formidād9 omnib9.

*Nomina quæ habitū ſiue priuationē ſignificāt, genitiuo iuncta duodecim vidētur eſſe, primò participia in ns, facta nomina. 2. præteriti in tus, ſus. 3. terminatio in iuus. 4. in dus. 5. in ax. 6. in oſus. 7. in ius. 8. in ilis. 9. in rus. 10. in gus. 11. nomina verbalia aut participialia potius in, or, et in trix. 12. turba adiectiuorū ingens, cōpos, impos, hic tantū agendū de nominibus, participialibus, aut verbalibus, in or, ir, vs, vra, ax, rus, ſus, dus, genitiuo gaudētibus.* Expende *hinc variādi rationē, per* Enallagē, *vt bibo vinū, bibax vini, colo agrū, ſum cultor agri, verſor in cultura agri.* Eraſmus, ca. 13. de copia. *Nomina verbalia in bundus accuſatiuo gaudēt, vt populabundus agros.*

*In bilis, hæc accipiūtur paßiuè, et gaudēt datiuo, eadem ratione, verbalia in dus, vt flebilis, flēdus mihi.*

### GENITIVVS ADDITVS NOMINI.

Nomi-

Nomina substantiua, quæ significant rem possessam, mensurā, siue numerum, aut relationem ad aliquid, genitiuum exigunt, vt arma Achillis, Cyathus vini, modius tritici, vlna pāni, vncia auri, duo millia, peditum, iugum Aquilarum, mille nūmum, pars calciamentorum, tres decades quæstionum, comes Vlyssis, vxor Petri, amicus patris, princeps patriæ. Vertitur hic genitiuus aliquoties in datiuum accedente verbo est, vt hic est tibi pater, huic socer, illi consul.

*Post exactam uerbi finiti, & infiniti, personalis, & impersonalis, gerundij, supini, participij, & nominis uerbalis, aut participialis rationem, accedamus ad nominis constructionem.*

*In genitiuo ponuntur, actio, passio, possessio, officium, mensura, numerus, relatio, laus, uituperium, partitio, æstimatio, species, nomen, etiā proprium ex græco uel Eclypsis causa, ut, Virgilius, Hectoris Andromache,*

*mache, Dei phobe Glauci. Actio, carmen Virgilii. Paßio, mors Ciceronis, poßeßio, domus Catonis. Officium, adolescētis munus. Mensura, Cyathus vini. Numerus, mille nūmū. Relatio, filius Achillis. Cū est, datiuo iungitur, vt vidimus supra, in datiuo, iugū Aquilarum, i. par, lege Thesaurum linguæ latinæ.*

ATTRIBVTIVA.

Cum significatur aliquid in esse siue, adesse cuipiam quod ad laudem, siue vituperium pertinet, trifariam efferimus, puer bonæ indolis, puer bona indole, puer bonus indole, & indolem, poeticé. Vir maximi nasi, vir maximo naso, vir maximus naso, & nasum, poeticé.

*Partes corporis & animi, laus & vituperium, si adsit adiectiuum, ponuntur in genitiuo, vel in ablatiuo figuratè ponuntur partes in ablatiuo, vel in accusatiuo, cum adiectiuum cum toto conueniat, vt albus capillo, aut albus capillum, quam Synecdochem vocant, grammatici, lege Vallam libro. 3. cap. 12. de affinitate ablatiui, & genitiui.*

SPECIES ET GENVS.

Species ſubijcitur generi in genitiuo, ſiue in eodẽ caſu, per appoſitionem, nomẽ Catonis in te non quadrat, crimen læſæ maieſtatis. Cum eſſemus in terra Italiæ, ſiue Italia, in vrbe Romæ, ſiue Roma.

*Species hic ſumitur pro nomine proprio, genus pro communi, dicimus autem, nomen eſt mihi* Ioannes, Ioannis, Ioanni. Virgilius, *fontem ſuperare* Timaui, *licet illic in propria ſignificatione ſumatur.* Seruius *intelligit fontem* Timaui, *pro* Timauo. *Circum locutione vtuntur poetæ, vt* Buthroti *aſcendimus arcem, pro* Buthroto, *quod græcis eſt peculiare, vis* Herculis, *pro ipſo* Hercule.

## SVBSTANTIVE POSITA.

Quædam adiectiua, ſubſtãtiue poſita, genitiuum admittunt. Vt multum lucri, paulum pecuniæ, quid habes negotij? quantum habebis pecuniæ, tantundem habebis fidei, plurimum vini, minimum aquæ, itẽ pronomina quæ-

dam,

dam, hoc negotij, id operis, quid illud mali?

*Allæotis figura est, quãdo nomen substantiuũ ponitur pro adiectiuo, vt Terentius in Adelphis, Colaphis tuber est totum caput, i. tuberosum, aut quando adiectiuum ponitur pro substantiuo. Vt apud Virgi. Longum per inane coacti, idest per longam inanitatem. Persius, ò curas hominum, & quantum est in rebus inane, i. inanitas. Sic nomen adiectiuum, substantiuè positum, genitiuo gaudet partitiuè, vt multum pecuniæ, quod pronominibus in genere neutro accidit etiam, vt id sibi negotij credidit solum dari, Terent. in Andria Est etiam Græcismus in nominibus adiectiuis substantiue positis. Ioannes Varennius in sua Syntaxi linguæ græcæ, cum de genitiuo post nomen agit, sic præcipit. Quoduis adiectiuum partitiuè positum, adscisit genitiuum, vt ouorum, ob longa. Linacer in Hellenismo, in genere masculino, & fœmenino, exempla ponit apud latinos, vt plani piscium, surdis rerum, paucis animalium, nigræ lanarum, canum de generes.*

deff. Allæotis figura

## APPOSITIO.

In summa, quoties substantiuum quacunque ratione refertur ad alterum substantiuum, additur in genitiuo, nisi addatur ap-

positiue, nam tum satis est, si concordet in casu, etiam si genere & numero dissideat, abstulisti Maronem, meas dilitias.

Diximus in nominatiuo de constructione legitima & figurata, decem figuras esse constructioni maxime necessarias, discant pueri, quae quidem sunt, Euocatio, Appositio, Prolepsis, Sylepsis, Zeugma, Antiptosis, Synthesis, Synecdoche, de quibus Antonius in fine tertij libri, Linacer in rudimentis, & li.3.et.6. Aldus in fine.3.et Enallage, et Eclipsis, de quibus Linacer lib.6. lege Caesarē, scaligerum per totum librū.12. Mercuriū, Susembrotū, & alios in his annotationibus, de Syllepsi egimus in appendice. Complures nominatiui, de Synthesi in Appen. Quae per se numero discrepant, de Enallage, & Eclipsi, in multis partibus, de Synecdoche, supra in appendice. His finitima sunt, de Zeugmate infra complura substātiua. De Antiptosi in relatiuis infra. De prolepsi in appēdice. Quanquā in his genitiuis. Nūc de appositione.

Appositio est duorū substantiuorū cōiūctio, quorū alterum exponit alterū, vt Miratur molem AEneas Magalia quondā, graece Epithece, quae tribus de causis fieri consueuit, vel tollendae ambiguitatis causa, canis stella. Vel restringendae generalitatis, vnum animal, hominem. Vel attribuendae proprietatis, vt Heluetij Mercenarius miles.

Nomen

*Nomen ſuſtantiuum cum ſubſtantiuo altero non ſolet conuenire in genere & numero & caſu, diſcrepat enim numero, & genere. Si vero fuerit prænomen, nomen, et cognomē, nā agnomē Linacer. lib. 1. Negat inueniri, in eodem caſu & numero ponūtur. Vt Marcus, Tullius, orator, pater patriæ, huius generis eſt euocatio, quā multi negāt eſſe, quod etiam de Syntheſi tradunt, meum tamen inſtitutum eſt maioribus meis aſſentiri.*

## DE ADIECTIVIS ET *ſubſtantiuis.*

Adiectiua nomina, participia, pronomina concordant cū ſuis ſubſtantiuis, in genere, numero, & caſu, vt ex malis moribus bonæ leges natæ ſunt, iſtam fortunā tui mores promeruerunt.

*Huc accedit cōcordātia nominis, adiectiui, & ſubſtantiui, cōueniunt enim genere, numero, et caſu, vt vir bonus. Quod etiā intelligendū in nominibus, ſubſtantiuis, quæ vim habent adiectiuorum, vt diues, pauper, et multa alia Pauperis & tugurij, diuite gaza. Idem etiam in participijs, & pronominibus, & hoc nomini quis vel qui, & in omnibus Epithetis, que maiorem quandam vim habent.*

## ADIVNCTIO, ZEVGMA.

Cum plura ſubſtantiua, diuerſi etiam numeri, ac generis ad vnum adiectiuum referũtur, his ferme modis efferri ſolent. Gloria nõ eſt expetẽda, nec diuitiæ, vt in medio ponas, ad quod referuntur partes. Non eſt expetẽda gloria, nec diuitiæ, vt præponatur. Gloria, & diuitiæ nõ ſunt expetendæ, vt poſt poſitũ cõueniat cũ proximo. Gloria, diuitiæ, genus, nõ ſunt expetẽda, vt ſubaudias, iſta, idq; neutro genere.

*Syllepſi non multum ab ſimilis ea figura, quam græci zeugma, nos iugationẽ, aut, vt autor appellat adiunctionem, vocamus. Differunt, vt Auguſtinus Saturnius ait, lib. 10. cap. 4. Quia in Syllepſi attenditur dignitas, in zeugmate propinquitas, ex varia poſitione proprietatis, hoc eſt nominis adiectiui, verbi et participij, zeugma ſortitur triplicem nomenclaturam, vbi proprietas in prima clauſula ponitur, dicitur Prozeugma melius, quã proto zeugma, vt non eſt expetẽda gloria. Et quãdo in medio collocatur, Meſozeugma, vt gloria no eſt expetenda. Quando in fine*

in fine Hypozeugma, vt gloria, & diuitiæ non sunt expetendæ. Ascensius in Laurentij cap. 24. li. 3. posuit nobis exemplũ, quod quidem variare possumus, sic in singulari, fleuit mater, & filij eius. Mater fleuit, & filij eius. Filij, & mater eorum fleuit. In pluralis, fleuerunt filij, & mater eorum. Filij fleuerunt, & mater eorum. Mater & filij eius fleuerunt. Aut sic mater, vt filij eius, fleuit. Filij, sicut mater eorum, fleuerunt. Vbi nullum est zeugma. Fit zeugma in genere, numero, & persona.

In genere, Papinius, erant illic genitor, materq; ia centis mæsta. Innumero. Virgilius tutatur fauor Euryalum, lachrymeq; decoræ. In persona Horatius, prudens dici de lector ego, ac tu. Zeugma est igitur vnius proprietatis ad diuersas clausulas facta redditio, Antonius. Gloria, diuitiæ, genus nõ sunt expetenda. Syllepsis est in neutro genere, genus enim neutrum concipit masculinum & fœmininum, dum non sint certi sexus. Quod fit numero singulari, sed rarius, Terentius, locus, tempus constitutum est. Zeugma genere

## RELATIVA.

Relatiuum qui, conuenit cum antecedenti, in numero, & genere. Placuerunt literæ, quas ad me dedisti. Nisi figurate loquamur.

quas ad me dedisti literas, magno pere placuerunt.

*Relatiuũ nomen est, quod rē antecedentē refert.*

RELATIVA.

Relatiuũ est duplex.

- *Substantiæ, quod refert antecedens substantiuum.*
  - *Identatis. 9. q.q.q. hic, iste, ille, ipse, is, idē suus, sui.*
  - *Diuersitatis. 4. cætera, cæte reliquus, alius, alter.*
- *Accidentis, quod refert antecedēs adiectiuum.*
  - *Qualis.R.talis.*
  - *Quantus.R.tātus.*
  - *Quot.R.tot.*
  - *Quotus.R. totidē.*

R.I.Redditiua.Lege, Lina.lib.1.

*Si antecedens sequitur relatiuum, conueniunt genere, et numero, & casu, ut, populo, ut placerēt, quas fecisset fabulas.*

Nisi

*Nisi figurate loquamur.*

*Aut est* Eclipsis *in superiori exemplo.5. fabulæ.*

*Si quando relatiuum concordauerit cum antecedẽti in eodem casu, præcedente ipso relatiuo,* Antiptosis *est. Casus pro casu positio,* Terentius, Eunuchum, *quem dedisti nobis, quas turbas dedit.* Antonius, *exẽplum ponit, urbem, quam statuo, uestra est, atq; idem* Valla *lib.3.capite.19. Cæsar autem scaliger. lib. 12. cap. 184. Sic dispungit orationem. Vultis & his me cum pariter consistere regnis? vultis urbem, quam statuo? uestra est. Quod, quam uerum sit, docti perpendant.*

*Si qui, quæ, quod, ponatur inter duo substantiua, cõueniet cũ alter utro, siue sint propria, siue appellatiua, ut uirtus, quæ lumen est, uel quod lumen est uitæ. Itaq; nihil interest, ex duobus substantiuis sit ne alterum proprium, nec ne. Ex Leonis sententia.*

COMPARATIVA.

Cõparatiua & superlatiua genitiuum exigunt, vt sum minor fratrum, de duobus. Sum minimus fratrum, de pluribus, & tum exponuntur per inter, inter fratres, uel ex fratribus.

*Tres esse gradus, positiuum, comparatiuum, & superlatiuum, quid sint, unde formentur, & quomodo*

*quæ ſint, & quot irregularia, in Etymologia examinandum eſt, lege. 3. librū & .4. Antonij, nunc ad conſtructionem ueniamus.*

*Omnis comparatio, aut fit inter duo, aut inter plura, ſi inter duo, ſemper utendum eſt comparatiuo. Vt ſum minor fratrum, ſi duo ſunt, cui numerum peculiarem habent Græci, dualem ſcilicet. Si inter plura, aut ſunt illa diuerſi generis, tunc utendum eſt comparatiuo, non ſuperlatiuo, ut hic adoleſcens, longe omnibus ſenibus doctior eſt, aut ſunt illa eiuſdē generis, ſemper utēdū eſt ſuperlatiuo, ut latinorū ſapientiſsimus Cicero. Sin tātū duo ſunt gradus inter multa, ut ſi ſint multa parua, & unum tantū emineat, quod ſit maius cæteris inter ſe æqualibus, utēdū eſt cōparatiuo, cū ablatiuo, ut hoc uas eſt maius cæteris, ſunt tamē qui more græcorū uſurpant cōparatiuum loco ſuperlatiui. Cicero omnibus eloquētior, quoties cōparatiuū nō accipitur diſtributiue, ablatiuū habet, nemo teſtul tior. Eraſmus hæc in paraphraſi. Laurēt. Valla. li. 13. ca. 1. Lege etiā caput, duodecimū & quātū decimū.*

Nam cōparatiua cū exponuntur per quā, ablatiuum aſciſcunt, præſtantior te, eloquentior omnibus, præter quam Cicerone: i. quam Cicero.

*Comparatiua regunt, ablatiuum aut caſum ſimilem præce*

*præcedenti,cum quam,ut ego ſum doctior te.i.quam tu,breuitatis cauſa conſulendos tibi propono grammaticos,præcipue Mercurium.lib.9.*

Additur & alter ablatiuus, ſignificans modũ exceſſus,eſt maior te quatuor annis, digito lato te procerior,multo potior.

*Collatio qua duplex eſt. Vna,ſubſtantiæ ad ſubſtantiam,ut homo fortior Leone. Secundã, ſubſtantiæ ad tempus,ut hilarior ſolito. Tertia,adiectiui ad diuerſum adiectiuum,ut magis fortis eſt, quam doctus. Quarta,cum ad opus,uel affectionem alicuius fit cõparatio,ut ditior opinione. Thomas lina.li.3. Ita exceſſus ponitur in ablatiuo, ut duplo, triplo, quadruplo maior.*

Multo & lõge apponũtur & ſuperlatiuis,multo omniũ doctiſſimus,longe peſſimus omnium.

*Multo & longe Valla.li.1.cap.8,aduerbia in o, iunguntur comparatiuis & uerbis ſuperlatiuæ ſignificationis,ut tanto doctior leo,tanto præſtat literis,quanto ãteſtat uirtutibus. Multo & longe non ſolum comparatiuis,ſed & ſuperlatiuis iungũtur, ut multo doctior,multo doctiſſimus,lõge doctior,longe doctiſſimus.*

Compa

*Comparatiuum, & superlatiuum asciscunt etiam casum sui positiui, ut ego sum utilior scholasticis, & utilißimus. Vtimur superlatiuo cum genitiuo singularis nominis collectiui, ut Danaum fortißime gentis Tyride.*

## DISTRIBVTIVA ET PAR*titiua.*

Item nomina partitiua, aut partitiue posita velut quiscꝫ, quisquis, quicuncꝫ, quidam, interrogatiuũ quis, & quis pro aliquis, vtercꝫ, neuter, vteruis, vtercũcꝫ, nemo, nullus, solus, vnus, medius, quiscꝫ huius nationis, vnũ quodcꝫ animantium, prouocat vnum quẽlibet vestrum, utrum horum mauis accipere?.

Exponuntur per inter, vel ex, vnus omnium .i. solus omniũ, medius duorum .i. inter duos. Est dimidium animæ.

Itẽ alter, alius, & his æqui pol-

lentia

lentia pronomina hic, & ille, & aduerbium partim.

*De compositis à.q.q.q. Valla.lib.3.cap. 16. Nota quatuor versus, quos ab Ascēsio mutuati sumus in tabulis hispano sermone, conscriptis.* Omnia hæc nomina *genitiuum habent, aut exponuntur per ablatiuum cum ex aut accusatiuū cum inter. De unus, & solus, Valla.lib.3.cap.17. Item alter, & alius, lib.5.ca. 59. Hic & ille, idem, li.2.ca.5. Nec enim mihi in omnibus immorari licet.*

APPENDIX.

Quanquam in his genitiuis significans totum, in alium casum sæpe vertitur, quis hominum vidit? & quis homo vidit? neuter Catonum, & neuter Cato. Animantum, vel animantia alia, sunt volatilia, alia reptilia.

*In diuisione totum à partibus separamus, sic animātium alia rationalia, alia irrationalia, aut cōiungimus animantia alia rationalia. Vter refertur ad duo, quis ad plurima. Valla in fine capitis. 13.lib.1. Possumus hic aliquid de prolepsi, tractare, cum pertineat ad diuidendum, nam prolepsis est cum prius totum dicimus, deinde subijcimus partes, vt Scholastici student,* deff p lexis

*alij*

*alij linguæ græcæ, alij latinæ. Cum aliquid partimur totum ponitur in genitiuo sine verbo, aut in nominatiuo cum uerbo, ut hominũ alij sunt boni, alij mali, homines alij sunt boni, alij mali, esse duplicem asserũt Grãmatici, explicitam, & integram, de qua supra diximus implicitam id est claudam, de qua nũc dicimus, alius alter, quisq; uterq;, cum distribuunt alternatiuè conueniunt prolepsi implicitæ, & non explicitæ, ut alter alterũ amat, quisq; suam debemus drachmas, & uterq; suam, quisq; suos patimur manes, Virgi. in. 6. & 2. Eneid. Alterũ in alterius, mactatos sanguine cernã.*

APPENDIX. 2.

Ad hanc forman pertinẽt, quotus, quotus quisq;, ordinem significantia numeralia, quotus eras conuiuarũ seu conuiua? quintus regum romanorũ, i. inter reges. Sapientiũ octauus. Quanquam in hoc postremo, non tam ordinẽ significat, quã numerũ simpliciter, vt in illo, dic quotus esse velis.

*Variæ sunt interrogationes, per hæc nomina quibus respõdemus. quot? duo tria. Quotus? primus, secũdus. quotenĩ? bini, terni? Quotuplus, duplus, triplus. Quotuplex? duplex, triplex. Quotẽnis? bienuis, itẽbimus.*

mus. Valla.li.1.ca.4.Linacer exatius.lib.3.
*Adrianus in uoce quoties, quotus autem simpliciter numerum interrogat, aut sine interrogatione, quandoq; quota pars significat minimam, quandoq; iungitur cum quisq;, quotus quisq;, & habet pro responsiua diminutionem, ut pauci uel nulli.*

DATIVVS POST NOMEN.
COMMODI AVT IN COMMODI.

Adiectiua quæ cõmodũ, aut in cõmodũ significãt, aut relationẽ ad aliquid, datiuũ exigũt, vt rẽ tibi per molestã, mihi iucundam, tibi perniciosam, mihi salutarem.

RELATIVA.

Aptus, accõmodus, idoneus, vtilis, inutilis bello, siue ad bellũ natus gloriæ, & ad gloriam, obnoxius illi, amicus huic & huius, similis: dissimilis huic & huius. Diuersus huic, vel abhoc. Affinis cognatus huic vel huius. Nã cũ huiusmodi substantiuè capiuntur, genitiuo magis gaudent.

ũjetiva que nt de— Eadem ratione nomina adiectiua, quæ commodum, aut in commodum significant, aut relationem, habent datiuum, qua solent uerbo. Relatiua & ea, quæ significant aptitudinē, facilitatem, parilitatem, coniunctionem, ut utilis bello, aptus paci, amicus datiuo & genitiuo iungitur, similis eodem modo, lege Vallam li.3. cap.45. familiaris, necessarius, diuersus, nomina diuersitatem significantia frequentius ablatiuo, quam datiuo iunguntur, alius, alter, alienus, abhorrens, distractus, disiunctus, auersus á studijs.

Testis conscius, & socius & nomina quæ significant societatem regunt genitiuum, & datiuum, ego sum testis tibi laborum, fœmina quæ patri meo, erat consors tori. i. quæ erat particeps tori patri meo.

## ACCVSATIVVS POST NOmen spatij mensuræ.

Quæ certū magnitudinis modum significant, accusatiuum admittunt, longus, latus, altus, crassus, turris alta trecentos pedes, liber crassus tres digitos, siue trium digitorum crassitudine, & ducentorum pedum altitudine.

*Spatium cum adiectiuis ponitur in accusatiuo, altus crassus,*

crassus, longus, latus, profundus, vt turris alta trecentos pedes. Trifariam effertur, liber crassus tres digitos, liber trium digitorum crassitudine, & crassitudo libri trium digitorū. Dimensio in ablatiuo potest poni, vt fundamenta alta pedibus quinq;.

## CIRCVITIONIS VIS.

Quædam per circumlocutionem accusatiuum admittunt, vt non sum id nescius, i. nō ignoro. Cuius generis sunt & illa, eius rei mihi venit in mentē. i. recordatus sum, & id mihi anus indicium fecit. i. indicauit & opus est mihi hac re.

*Cum plura verba ad sensum vnius vocis respondent, periphrasis aut circuitio est, ea virtute, vt vocis, cui respondet, casum admittat. Id mihi anus indicium fecit. i. indicauit. Periphrasis, circuitio, circuitus verborū, circumlocutio, anfractus verborum idem. Nomina participialia in io accusatiuum habent cum sum es fui, vt Plautus in Asinaria, vt quid tibi huc receptio est ad te meum virum? i. Cur recipis meū virum?*

Adiectiua de toto dicta, tantum intellecta, regunt

*eam partem in accusatiuo, ut decorus faciem. Vulgo Synecdoche dicitur, Virgilius, os humerosq; Deo simi lis. Dicendi genus Græcis familiare, & poetis latinis usitatum, rarius historicis, eodem modo, cætera Graius, & apud Horatiũ. Excepto quod nõ simul esses, cætera letus. Linacer in Hellenismo, vbi præpositionem Catà deesse putat, & recte, ablatiuus usitatior, ut pedibus æger, crine ruber, de quibus alio loco diximus.*

## ABLATIVVS POST NOMEN.

Dignus, & indignus ablatiuũ ascifcunt. Dignus est honore. Dignus est illo. Dicimus tamen dignus, vt honoretur. Dignus, quem omnes honorent. Et dignus honorari ab omnibus.

*Variatio, digna sententia laudibus, quam omnes laudent, quæ laudetur, ut laudetur, digna laudari, laudatu.*

Item vacuus, onustus, uacuus curis. Onustus diuitijs, pauper, diues, plenus, inanis etiam genitiuũ admittunt.

Nomina copiæ & inopiæ genitiuum, seu ablatiuũ admittunt. Plenus. Valla. li. 3. cap. 33. refertus, diues, locuples, onustus, grauis ære, confectus, fæcundus, fætus, grauidus, repletus, uacuus, uiduus, cassus, idẽ, li. 5. capite. 85. Honoris, honore, ab honore. Archaismos est, diues agrorum uel agris. Compos, impos animi, non animo, frequens auditoribus, non auditorum. Celebre auditoribus, homo inanis prudentiæ, inops animi, expers salutis. Virgilius. 7. AEneidos. Veriq; effæta senectus. Orbus, exhaustus, cinctus, armatus, fretus, ornatus, captus, contemptus, præditus, prestans, clarus, insignis, presignis, uehemens, egregius, nobilis, magnus, primus, quæ laudem, aut uituperium significant, regunt ablatiuum, ut insignis facie, Virgilius, ô prestans animi iuuenis.

Numeralia ordinalia, ortus, & oriundus, regunt ablatiuum cum præpositione, & sine ea, ut tertius ab Ioue, oriundus ab Hercule. Horatius. Mæcenas atauis edite regibus. Apud eundem, nulli secundus.

Multa adiectiua possunt regere ablatiuum, causæ efficientis, uel modi, ut pallidus morte, tardus senio.

Opus esse. i. necessarium esse, cum ablatiuo & datiuo iungitur, ut consilio tuo nobis opus est, aliquã do ueluti indeclinabile adiectiuum usurpatur dux nobis & autor opus est. Cicero in epistolis. Plautus pluraliter, opus sunt milites, cum accusatiuo. Cicero uideo mihi opus esse uiaticum. Idem ad Atticum,

*numos opus esse, & opus est istac arte ad hanc rem quam paras, Terentius in Andria.*

*Iungitur etiam ablatiuus participij præteriti vt facto opus, parato opus, est, pro infinito paßiuo. Vsus est idē quod opus est, nominatiuū tamē nō admittit.*

## PRONOMINVM CONSTRUCTIO.

### GENITIVI PRIMITIVORVM.

Mei, tui, sui, nostri, vestri, genitiui primitiuorum, ponuntur, cū passio significatur. Nam cum actio, adduntur passiua. Meus, tuus, suus, noster, vester, languet desiderio tui, nempe, quo tu desideraris. Fauet desiderio tuo, quo tu desideras, item pars tua, quæ tibi debetur. Pars tui .i. manus, aut pes, corpus, animus. Imago tua, quam tu possides. Imago tui, quæ te repræsentat. Aliquoties vtrunq; coniungitur, vt nostra tui memoria, idest, quam nos de te habemus.

*De pronominis Etymologia, & accidentibus latius tractauimus, quam oporteat, nunc eadem inculcare.*

*Meus, tuus, suus, noster, vester, significant, actionem, possessionem, officium, & aliquando passionem. Actionem, vt peccata mea. Possessionem, vt domus mea, Martialis ludit in his pronominibus sic.*

*Carmina Paulus emit, recitat sua carmina Paulus,*
*Nam quod emas, possis dicere iure tuum.*

*Possessionem nõ actionem innuit, cũ Paulus vellet actionem significari. Valla lib. 2. ca. 1. Lina. 3.*

*Officiũ, vt non est meum, tuũ, suũ, nostrũ, vestrũ.*

*Passionem, vt plagæ meæ, non plagæ mei.*

Mei, tui, sui, nostri, vestri significant pasionem & personam, pasionem vt cura mei. Personã, Terentius tetigi ne tui cuiquã? nam tuum rem significasset.

*Dicimus de meo, de tuo, de suo, de nostro, de vestro, & pro primitiuum à me, à te, Plautus, dic sodes à te. De te largitor puer. Terent. in Adel.*

*Aliquoties, tua in me beneuolentia, mea in te beneuolentia, tuus in me amor, meus in te amor.*

Possessiua, adiectiua sunt & non recusant aliquando geniti-

uum. Mea ipſius cura, tua ſolius, aut vnius opera, meos flentis oculos. Noſtrum, & veſtrum genitiui plurales gaudent diſtributiuis, aut partitiuis, vt nemo noſtrum, vnuſquiſq; noſtrum, i. ex nobis, item cõparatiuis et ſuperlatiuis vt maior veſtrum, maximus natu noſtrum.

RECIPROCA.

Sui, ſibi, ſuus, a, m, nõ niſi reciproce ponuntur, hoc eſt, vt reflectantur, ad id, quod præceſsit in eadem orationis parte, aut annexa per copulam. Ille ſibi placet. Petrus odit ſuos. Orat, vt ſuo faueas filio.

*Valla in tractatu de reciprocatione ſui & ſuus.*

*Tres ſunt formæ reciprocationis, prima proprie reciprocatio, quando primitiuũ pronomen, in ſe ipſum reflectitur vt vnuſquiſq; amat ſe. Secunda, quæ tranſitio dicitur, quando antecedens eſt in eadem oratione, vt pater meus amat filios ſuos. Tertia in retranſitione,*

*tione, quando ſunt duæ orationes connexæ, ſi antece dens, eſt in priore oratione, relatiuum in poſteriore, indifferenter vtimur reciprocis, & non reciprocis, vt Cato rogauit me, vt docerem filios ſuos, vel eius, ipſius, illius. Cũ præpoſitione inter, licet vti recipro cis, & non reciprocis, ſi nominatiuus aut accuſatiuus fuerit vtimur ſe. Cum alijs caſibus ſe vel ipſos, gram matici inter ſe magnam habent diſſenſionem, grãma ticis inter ſe vel inter ipſos magna diſſenſio eſt, grã maticos inter ſe certare video.*

Demõſtratiua cum ſubſtantiuè ponuntur admittunt genitiuum vt dictum eſt, hoc noctis, id temporis, illud acceſsit mali.

*Id ætatis. Plautus in Aſinaria.*

Idem datiuũ ad iungit, vel abla tiuũ interueniẽte præpoſitione. Idem facit occidẽti. i. quod occidẽs, idem huic, aut idem cũ hoc.

*Valla lib. 2. ca. 5. Adrianus, et Linacer lib. 3. & 6.*

NOMINATIVVS POST
*aduerbium.*

En & ecce demonſtrantis, no minatiuo ſeu accuſatiuo iungun

 tur,

tur, en quatuor aras, ecce rem, En lupus in fabula. En, exprobātis, accuſatiuo gaudet. En animū & mentem.

*Poſtquam de nomine, verbo, participio, & pronomine, quæ opus erant, annotauimus, ad nominatiuum additum aduerbio deſcendamus, vbi cognoſcenda erit multiplex aduerbiorum ſignificatio, demonſtrantis, En, & ecce Valla lib. 2. cap. 15.*

Ecce tibi, *ſæpius apud Ciceronem, lege* Adrianū. Ecce tibi nuntius, pueros veniſſe *Romam.* Ouidius *de arte amandi, ecce tibi ſimilis, & multa alia exempla.*

*Eccum, eccam, eccum, Eccos, as, a, propinquum ſignificant.* Ellum, ellam, ellum, ellos, as, a, *remotum cum accuſatiuo, exponuntur per aduerbia, non per pronomina. Linacer ait, cōſtrui vtrumq; in trāſitiuē, cum eo quod demōſtratur. In nominatiuo ellum confidēs, Terentius. Eccere, pro ecce, Plautus, et* Ecere *per ædem Cereris, Aduerbium iurantis. Hem aduerbium comicum, accuſatiuum & datiuum poſtulat.*

GENITIVVS POST
*aduerbium.*

Superlatiua genitiuū exigunt, peſsimé omniū dixit, qui omniū optimé fecit.

*Genitiuum regunt aduerbia superlatiui gradus, vt in præsenti, temporis & loci vt in sequenti, quantitatis, vt item parum.*

Adduntur aduerbijs loci ac temporis genitiui ferme hi vbi gentium? Eo impudentiæ ventũ est. Quo terrarum, nusquam gẽtium. Huccine rerum venimus? Vbi vis, quo vis terrarum. Eo loci redacta res est. Tunc tẽporis.

*Vspiam gentium, vndiq; gentium, quo quo terrarum, ibi loci, vbiq; itineris, vbicunq; loci, alibi gentiũ, vbiuis gentium, quo locorum, vbi nam gentium, quo quo gentium, nusquam gentium, vbiubi gẽtium, vbi terrarum, vbi loci, aliquo terrarum, quo locorũ, quo terrarum, exempla lege in Adriano, Valerius maximus lib. 3. Dixit non sine festiuitate, vt huc indignitatis veniretur, & hoc loci.*

Nam minimé gentium, monadicõ est, genitiuo festiuitatis causa addito.

*Cum aduerbio negationis genitiuum reperiri singulare est, monadicon græce, monadicos vnicus, singularis, sui iuris contrarium huius aduerbij, minime, maximè.*

Pridie calendarum, siue calen das, postridie eius diei, postridie quã discesseras, postridie quam venires.

sunt modi operis

*Heri & hesternus de præterito. Hodie hodiernus, de presenti. Cras, Crastinus de futuro. Aliquando tẽpus incertum significant, perendie .i. postcras, nudius tertius ante heri, nudius quartus, pridie, pridianus, postridie, nõ postridianus. Valla lib. 2. cap. 10. & 33. Pridie est postridie cum accusatiuo, cum genitiuo, cũ uerbo & quam, iungitur, ad pridie nonas Ianuarij. Plinius lib. 8. cap. 45. & sine casu. Plautus pridie ca ueat, ne faciat quod se pigeat postridie. Cum accusati uo iunctæ hæ particulæ Eclipsin patiuntur, præposi tionum ante & post.*

## Instar montis, instar pecudis.

*Valla li. 6. ca. 18. instar cum genitiuo. Cicero, Plato mihi unus est instar omnium. Et epistola uoluminis in star. Ad instar inuenitur. Apuleius & Gellius instar mortis putant eleganter dicimus.*

ij oponio ne instar

*Instar sine genitiuo pro exemplari similitudine, po nitur, Virgilius, tantũ instar inipso est, in nominatiuo vt Vlpianus, si præponatur instar quoddã operis, in accusatiuo. Ouidius, sed scelus hoc meriti pondus & instar habet, proprie ad magnitudinem uel mensurã significat, non nunquam ad similitudinem. Gellius, so la uir-*

*la uirtus beatæ uitæ instar est. Sententia digna, que puerorum mentibus infigatur. Valla ab hoc deducit instauro ex Seruio in cōmētarijs in secundū AEnei dos, Theodoricus autem ex alijs autoribus non pænitendæ doctrinæ restauro probat. Lege censuram eius in caput supra allegatum.*

Item parum, multū, satis, abunde vini, vice nominis poni videntur.

*Ad uerbia quantitatis in um præcipue desinunt, parum paulum, pauxillum, pauxillulum nūmorum Terentius. Tantum, quantum multum, satis, abunde, affatim, largiter mercedis indipiscar. Platus in Rudente poterit scholasticus exerceri in uarianda oratione per Enallagen. Multū pecuniarum, multæ pecuniæ, plus nūmorum, plures numi & multa alia.*

*Partim, genitiuo iungitur, Cicero, eorum partim in pompa partim in acie illustres fuerunt, pro quidam, quæ quidem aduerbia loco nominatiui possunt poni, ut diximus in nominatiuo, aliquoties orationis pars, Plinius, parum est ut in curiam uenias.*

DATIVVS POST ADVERBIVM.

Quædam datiuum admittunt nominum, vnde deducta sunt, venit obuiam illi, nam obuius illi, dicitur canit similiter huic,

nam ſimilis huic, & ſibi inutiliter, ſedet proximé illi, propinquius tibi ſedit, quam mihi.

*Aduerbia deducta à nominibus, quæ gaudent datiuo, cõſtructionem eandẽ ſequũtur, obuiã ab obuius ſimiliter à ſimilis, vtiliter ab vtilis,* Ouidius *libro.* 15. Meta. *Vtiliter Phrygibus viciſſe Pelaſgos, ſimpliciter à ſimplex, conuenienter à conueniens, conueniẽter naturæ viuere,* Cicero. *Fideliter, à fidelis, amicè ab amicus,* Horatius *viuere naturæ ſi conuenienter oportet.*

ACCVSATIVVS POST *aduerbium.*

Sunt quæ accuſandi caſum admittũt præpoſitionis, vnde ſunt profecta, proprius vrbem & proxime caſtra.

*Prope, proprius, proxime accuſatiuo & datiuo & præpoſitioni ad, et, a, iungũtur,* Vall. *lib.* 2. *ca.* 12. *Adrianus tibi ſuggeret multa exempla, illum conſule. Altè accuſatiuo iungitur quia habet conſtructionem nominis ſignificantis ſpatium, vt* Plinius *lib.* 19. *capite.* 4. *Fimum, inquit, tres pedes, altè cum terrâ miſceri.*

ABLATIVVS POST *aduerbium.*

Quæ

Quæ comparantur, constructionem habent comparatiuorũ nominum, accessi propius te, id est, quam tu, melius te dicit. i. quã tu, plus quingentis colaphis & plus millies.

*Ablatiuum rei superatæ postulant aduerbia comparatiui gradus melius te dicit, plus paulo.*

Procul dubio & procul ab vrbe, clam patre, palã omnibus. Coram omnibus.

*Valla lib. 1. cap. 11. Præpositio ablato casu fit aduerbium. Aduerbium sumpto casu fit præpositio. Clam est, palã est, cum datiuo, & palã facere, clam cum accusatiuo. Thomas Linacer, lib. 5. Plautus in Aulularia, Thesaurũ auri clam omnes in medio foco defodit. Lege obseruationes, emenda pro loco, foco.*

## HIC ILLIC ET *cætera.*

Hic, illic, istic, intus, alibi, vbiq́, vbicunq́, vbi libet vbiuis, alicubi, necubi sicubi, ibi, inibi, ibidẽ referuntur ad quietem in loco.

Huc,

SCHOLIA IN

## HVC, ILLVC, ET *cætera.*

Huc, illuc, iſtuc, intró, alio, aliquò, nequo, Eó, eodem, quolibet, quouis, quocunq;, foras, horſum, aliorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, ſurſum, deorſum, vtroq;, neutro, quoquouerſum, referũtur admotionem ad locum.

## HINC, ILLINC, ET *cætera.*

Hinc, illinc, iſtinc, aliunde, alicunde, ſicunde, necũde, indidem, vnde, vndelibet, vndeuis, vndecunq;, vtrinq; referuntur ad motum é loco.

## HAC, ILLAC, ISTAC, *& cætera.*

Hac, illac, iſtac, alia, aliqua, quaſiqua, nequa, referuntur admotionem per locum.

## VARIANTIA.

Hæc variãt, foris cœnat, & fo-

ris venit, peregre viuit, peregrè rediit, peregre abiit, nuſquam apparet, nuſquam diſcedet.

*Cum reſpondemus per aduerbia ad interrogationem quadruplicis differentiæ locorũ, vbi, quo, qua? vnde? quatuor claſſes proponuntur in præſentia, in quibus notãda ſunt aduerbia perſonalia à pronominibus deducta primæ perſonæ, hic huc hac, hinc. Secundæ, iſtic, iſtuc iſtac, iſtinc. Tertiæ, illic, illuc, illac, illinc. Nota cõpoſitionẽ vbi cũ præpoſitione anterius, alicubi, necubi, ſicubi cum præpoſitione. Poſterius, vbiq́;, vbicunq́;, vbilibet, vbiuis. Idẽ perpẽde in quo, qua, vnde, omnes particulæ incunq́; deſinentes à geminatione manare, vbiubi, vbicunq́;, præterea vnica oratione non ſunt cõtentæ, de vbi, vbiq́; vſquam, Valla, lib.6.cap.19. Nota vſquam & vnquam, non nunquam, & non vnquam & nunquam nõ, quæ quidem maximam habent elegantiam.*

Quibus modis verborum, quæ cõgruãt aduerbia, vbi poſtquã, cum aduerbia temporis interdũ indicatiuis, interdum ſubiunctiuis verbis apponuntur: vt cum aderit & cum venerit.

Vbi,

Vbi, pro postquam, Enallage est aduerbij loci, pro aduerbio cõtinuationis, postquam, ascribit Linacer coniunctionibus lib. 5. Idem de postquam et vbi lib. 2. de varia significatione huius particulæ cũ, idẽ libro. 5. postquam & in priore oratione & in secunda ponitur. Lege obseruationes latini sermonis.

Simul, simulac, simul atq;, magis gaudent subiunctiuis, simulatq; adoleuerit ætas.

Simul pro postquam coniunctionem vocat Linacer lib. 2. Lege Vallam lib. 1. cap. 17. Non ab re erit variationem huius particulæ proponere ex Theodorico.

Simul, simulac, simulatq;, simul vbi, simul vero, simul primum, simul vt, simul ac primum, & cum primum, aduerbium continuatiuum vnica oratione non contentum. Quam primum, aduerbium temporis vnicam orationem petit. Item dicimus confestim vt, statim vt, statim atq;, statim quã, protinus vt, protinus quam, continuo vt, vt primum, simul aduerbium congregandi, simul geminatum idem quod cum & tum, vel, et et, simul et, coniunctio copulatiua.

Vt pro postquam indicatiuo gaudet adiungi, vt ventum est in vrbem.

Enalla-

*Enallage, pro aduerbio qualiter se habeat, vt coniunctio, posterius videbimus, vt pro postquam, & quomodo Virgi. vt vidi, vt perij, Vt me malus abstulit error. Vulgique vox vt venit ad aures, in exclamationibus ponitur, execratiuè, vt te dij deæ q; omnes perdant.*

Quemadmodum, vt, vt cunq;, ſicut, vtrumq; modum admittũt, vt ſalutabis, ita & re ſalutaberis, vt ſemẽtem feceris, ita & metes.

*Valla, lib. 2. capite. 54. Adrianus.*

QVASI ET CAETERA.

Quaſi, ceu, tanquam, perinde, cum habent verbum proprium, ſubiunctiuis gaudet apponi. Tãquam feceris ipſe aliquid, quaſi non norimus inter nos. Aliàs copulant ſimiles caſus. Noui hominem, tanq; te, arridet mihi, quaſi amico.

*Idem Valla, lib. 2. cap. 36.*

Ne prohibentis, vel imperati-

pis, vel ſubiunctiuis additur, ne nega. Ne dixeris. Non verbis imperatiuis, non recté apponitur.

*Ne multis modis accipitur.* Primò *interrogatiuè. 2. dubitatiue.3.prohibitiue.4.*pro *vt,cum verbis includentibus in ſe negationem,qualia ſunt verba prohibendi,cauendi & timendi.5.*pro *vt non diſce ſtudioſè, ne magiſtro veniente vapules, cum quidem interpoſita particula,i. quod multo minus, ne tantillum quidem.6.* N*æ cum diphithongo affirmatiuè, vel pro valde,faciunt næ intelligendo.*Valla *libro.3. capite.28.* N*e iungitur perſonis aſcititijs imperatiui frequentius, quā natiuis, ne ama, rarius quā ne ames, vt ne amaris,ne nega poeticè.*Non,*verbis imperatiuis non apponitur.* E*ſt quædam elegantia in verbo indicatiui & non, vt non dico, includit in ſe,nolo dicere.*Non *ſedeo,non lego,familiare* Plau*to,non eo,non is?*

Ne,cum eſt interrogantis, indicatiuum amat, ſupereſt ne, & veſcitur aura? ſimiliter & An, & Num. At eadem cum capiuntur dubitatiuè, ſiue indefinitè,

*ſubiun-*

ſubiunctiuum poſtulant. Viſe num redierit, nihil refert feceris ne, an perſuaſeris.

*Valla libro. 2. capite. 17.*

*De num & non, libro. 2. capite. 50. Quæro ſi, aliquando inuenitur, non ne, ergone, itane, magis ſenſum extorquent, quam interrogant.*

Pené, propé, propemodum, tantum non, modo non, vnico verbo, ſeu alia dictione contenta ſunt. Propemodum inſaniebat. Modo nõ montes auri pollicebatur.

*Valla, lib. 3. capite. 68. Tantum non idem lib. 2. capite. 31. Thomam. Lind. 1.*

ADVERBIVM RELATVM
*aduerbum.*

Aduerbium aliquoties refertur non aduerbum, ſed ad aliam orationis partem. Homo egregié, imprudẽs, ne parum ſis leno, admodum puella. Admodum anus. Aliquoties aduerbiũ adhæ-

ret aduerbio. Non admodũ pulchrè, parum lautè.

*Aduerbium verbis, nominibus tam substantiuis, quam adiectiuis & participijs additur, atq; etiã aduerbijs, vt satis diu* Teren. in Adelphis.

## DE CONSTRVCTIONE *coniunctionum.*

Quanquam, tametsi, & si, etiã si, frequentius adiunguntur indicatiuis. Quamuis, & licet subiunctiuis. Etiam si cum vtrisq; cohæret. Vt pro quamuis semper subiunctiuum flagitat. Serui, vt taceant, iumẽta loquẽtur. Aliquoties ad aliam orationis partẽ referuntur, non aduerbum. Complectitur hominem, quamuis maleuolentem, etiam si pessimè de se meritum.

*Aduersatiuæ, sunt & si, quanquam, tametsi, etiam si, licet, quamuis habent pro responsiuis sed, sed tamen, tamen, at tamen, verum, veruntamen, & si quanquam sunt coniunctiones inceptiuæ, & iunguntur*

*guntur indicatiuis, quamuis & licet subiunctiuis, poeticè potius quam oratoriè.* Valla *lib. 2. capi. 21.* Vt *pro quamuis idem lib. 2. cap. 40.*

Ni, nisi, si, siquidem, quod quia & indicatiuis & subiunctiuis adhærent, nisi facis, nisi feceris.

Quod bene vales, gaudeo. Quod redieris incolumis, gaudeo. Non quia sic merui. Non quia sit pauper, sed quod sit improbus.

QVANDO, ET QVANDO *quidem, quatinus.*

Quando, & quandoquidem, quatinus, indicatiuum exigunt, & frequenter sequūtur causam, cum reliquæ huius ordinis frequentius præcedant. Quoniam mihi non credis, ipse facito periculum. Ipse periculū facito, quoniam mihi non credis.

QVIPPE.

Quippe item, cum proprium habet verbum, danda est huic venia quippe ægrotat.

QVIPPE QVI, VT QVI.

Si addideris qui, vtrunq; admittit modum. Vt qui plerumq; subiunctiuis adhæret. Non est huic habenda fides. Quippe qui bis iam peierauit, siue peierarit vt qui peierarit.

QVI.

Qui, cum habet vim causalem, semper adhæret subiunctiuo. Stultus est, qui huic credas: idest, quod vel quia credis.

VT, VTPOTE.

Vt, & vtpote, proprium verbum nunquam habent. Odi Pe-

trum, vt in omnes maledicum, vtpote in omnes maledicum.

### TVM TVM, CVM TVM.

Et tum tum, cum tum, similes modos copulant in verbis: indeclinabilibus similes casus. Odit tum literas, tum virtutem. Amplectitur cum eruditos omnes, tum in primis Marcellum.

*Nisi Valla lib. 2. cap. 19. Siquidem, cap. 25, quod quia, cap. 97. Sin si cap. 26. non quia cap. 37. Nisi feceris lib. 3. cap. 29. et. 54.*

*Quando & quandoquidem lib. 2. cap. 42. quoniam. capi. 27. Sæpe caussam præponito orationi. Quippe qui, vtpote, vtpote qui. lib. 2. ca. 27. Tum, tũ, coniunctiones rerũ æqualium, cum tum rerum inequalium. Valla lib. 2. cap. 22. In autorum enarratione, locus erit exponendi quanta virtus coniunctionibus insit ad connectendas clausulas, ex quarum multiplisci vsu polysyndeton fit. Ex earum remotione Asyndeton.*

PRAEPOSITIONVM CONſtructio. Præpoſitio verſa in aduerbium.

Præpoſitiones, quæ citra caſum vllum vſurpantur, in aduerbiorum naturam tranſeunt. Extra meiſte. An mare, quod ſuprà memorem, quodq́; alluit infrà? Prope abeſt. Quemadmodum rurſus & aduerbia quædã accedente caſu in præpoſitiones tranſeunt, vt procul, coram, clã, palam.

Præpoſitio ablato caſu fit aduerbium, quemadmodum aduerbia induunt præpoſitionis naturam, ſi caſus adatur, quod in litera patet.

Quædam accuſatiuum exigũt vt intra parietes & extra vallũ.

Præpoſitiones quæ accuſatiuo tantum deſeruiũt, ſunt quæ ſequuntur de quibus Valla ſic.

Ad, libro tertio, capite. 37. Apud, libro ſexto, capite

*pite.54.Aduersus,Lina.lib.1.Ante,libro.1.cap.16. Cischitra,libro.2.cap.49. Circa, Linacer.i. Circiter lib.2.cap.7.Contra,lib.3.cap.54.Circum,extra,li.2 cap.53.& .5.cap.53.Erga,intra,infra,lib.2.cap.53. iuxta,inter,lib.2.cap.53.Per, lib.3.cap.64. & lib. 5.cap.31.Præter lib.3.cap.54.Post lib.1.cap.16. & lib.3.ca.93.Prope,propter.Lib.3.cap.63.Pone,pene.lib.6.cap.54.Secundum,li.2.cap.46.Supra.li.2 cap.53.Secus.lib.1.cap.16.Trans,uersus,lib.2.ca.8. Vsq; lib.2.cap.8.ultra.*

Quædam ablatiuum,vt ab vrbe.Quædam vtrunq;,sed nõ eodem sensu.

Varij casus præpositionũ earundem.In,cũ significatur actus in loco,desiderat ablatiuũ:in animo est,inforo versatur: in pro erga,accusandi casum habet, optimo in te animo.Item in,pro contra in omnes maledicus, in pro ad,in hoc incumbite, in hoc natus sum,in mercatum abijt.

*Ablatiui præpositiones quindecim,a,ab,abs.Valla. 2. capit.29. Linacer, lib.1. &. 5. De præpositione*

*cum lib. 2. cap. 6. Valla de ex. lib. 3. ca. 66. prope, palam. Sine, absq;, tenus, proculdubio. Valla, lib. 3. cap. 84. pro tua propietate, lib. 3. cap. 88. Pro fratre mihi es. Pro filio te accipio, lib. 6. cap. 44. pro meo iure. Pro mea virili. i. parte. Quædam vtrũq; nõ eodem sensu, quatuor in sub, super, subter, Valla lib. 3. cap. 37. Dicimus in ante diem quintum calendarum Cic. in Catil. in manu, in manibus, in aurem garrire.*

Sub nocte. i. in nocte, sub noctem. i. instante nocte, sub ea. i. post ea, item sub additum verbo motus ad locum, accusatiuũ exigit, sub vmbrã properemus, sub cum verbo quietis ablatiuum requirit, sub lodice, sub vmbra.

*Linacer lib. 5. Adrianus in particula sub, subter, accusatiuum fere, semper siue quies siue motus fuerit, poetice ablatiuum habet, Virg. ferre libet subter densa testudine casus, sub manu, in promptu, sub pro pe, aut statim, sub manus subcedere.*

Super numerum in genuorũ. i. vltra numerũ super hæc omnia. i. præter hæc omnia super Pria-

mo.i.de Priamo, ſuper arbore ſidunt.i.in arbore.

*Vide Theodoricum in Vallam, lib. 2. cap. 53. qui tantum differentiam inter ſuper & ſupra tangit, ſuper habet relatiuum ſubter. Super contiguitatem, ſupra non cõtiguitatem. Relatiuum habet infra.*

TENVS.

Tenus gaudet ablatiuo, ſingulari. Genitiuo plurali. Pube tenus. Crurũ tenus. Sed hæc videtur veluti cõpoſita, quemadmodum & illa. Hactenus, eatenus, quatenus.

VERSVS.

Poſtponitur & verſus ſuo caſui, Romam verſus iter eſt.

VSQVE.

Vſque raro ſine altera præpoſitione reperitur, & ſignificat tẽporis, aut loci magnitudinẽ. Ad multã vſq; noctẽ. Ab extrema vſq; India. Vſurpatur & aduerbialiter, pro ſemper ſiue cõtinenter.

A.

A præponitur dictionibus in cipientibus á consonante. Aforo. A castris.

AB.

Ab, incipientibus a vocali, ab omnibus.

Nisi sunt liquidæ, aut. i. conso nans. Ab ioue. Ab rege.

ABS.

Abs, incipientibus absq;, &. t. Abs quo vis, abs te.

*Tenus, Valla. lib. 2. cap. 19.*
*Versus, idem lib. 2. cap. 8.*
*Vsq;, in eodem & lib. 4. cap. 2. Vbi sub intelligitur, sequitur casum præpositionis additæ.*

PREPOSITIONES SEMPER *compositæ.*

Sunt quæ non inueniantur, ex tra compositionem, di, dis, re: se, am, con. Diduco, dissipo, refero,

*seiun-*

ſeiungo, ambigo, conuenio.

Con ex quibuſdam neutris facit tranſitiua, cōmingit lectum. Conſpuit hominem, concacauit, compluit, conuomuit maritum.

*Dictæ ſunt inſeparabiles, quod uocibus, quibus præponūtur, ſeparari nō poſſut, an, con, dis, di, re, ſe. Componuntur uerba, uel cum nominibus, ut amplifico. Vel cum altero uerbo, ut pate facio. Vel cum aduerbio ut maledico. Vel cum præpoſitione, quod quadrifariam fit, aut corrumpitur præpoſitio verbo manente integro. Vt compono aut uerbum integra præpoſitione, ut perficio. Aut utrunq; corrumpitur, ut afficio, aut utrumq; manet integrum, ut reparo, de regulis orthographiæ in compoſitione, lege Antonium in fine. 2. libri.*

Deijcio.i.ex alto, iacio, deamo. i.valdeamo, deſipit.i.ſapere deſijt; deferbuit ætas, reclamat.i.cōtra clamat repetit.i. denuo petit retegit.i.quod tectum eſt, aperit.

*De in compoſitione aut ſignificat augmentum, ut deamo. Aut deorſum aliquid tendere, ut deſcendo, tā actiuè quam paßiue, aut neutraliter de turba decedo,*

do, decidere, despicio & multa alia.

Re, in compositione, iterum significat, vt renouo, reuoco. Cum verbis significantibus claudere, aut tegere, contrarium significant. Vt tego, retego, velo, reuelo, claudo, recludo.

## DE CONSTRVCTIONE interiectionum.

O exclamatis, admittit vocatiuum, nominatiuum, & accusatiuũ. O Dij immortales. O vir fortis. O insignem impudentiam. Subauditur autem frequenter, vt singularem impudentiam.

Interiectionem græci annumerãt aduerbijs, quod sequitur, Valla libro. 2. cap. 11. Nam nunc aduerbia nunc interiectiones vocat. Quod sequitur Linacer, lib. 5. Interiectio autem est, nota animi, affecti, quæ nullius orationis indiget ad iumento. Ex Scaligero.

O exclamantis varia habet officia. Vocandi. Admirandi. Dolẽtis, irridentis, lege obseruationes in Vallam libro. 2. capi. 13. Exclamatio ponitur in nominatiuo, vel in accusatiuo, vbi, o subauditur, Eclipsis. O cũ exprimitur, exclamando potius accusatiuo, quam nominatiuo iungitur, tunc est affectus, vehemẽs.

Heu

Heu pietas. Heu ſtirpem inuiſam: Pró Iupiter, & pró Deum atq; hominũ fidem, hei mihi, væ tibi, ah tibi.

*Heu accuſatiuo, datiuo, & nominatiuo, iungitur, datiuo vt Plautus, heu mihi nequeo, quin fleã. Ita po teſt tolerari illud ex pſalmis. Heu mihi. Vbi gramma tici volunt reponere, hei, geminatur heu heu. Eheu, Virgilius, Eheu, quam pingui macer eſt mihi taurus, &, Eheu, quid volui miſero mihi? Idem in Bucoli. hei mihi, datiuo & vocatiuo cum eſt conquerentis. Plautus, in Aulularia, hei Megadore haud dignum. Prò, inuocationibus additur.*

Cedó flagitãtis exhiberi accuſatiuum habet cedó manum, cedó ſenem.

*Cedó pro dic abſolute ponitur. Pro da, cum accuſatiuo & datiuo cedò mihi calamũ, Lina. lib. 4. Adria nus vocat aduerbium.*

Amabó, & obſecró, blandientis, ſodes, & ſultis, hortantis. Verba ſunt, & in interiectionis naturam verſa, quemadmodũ & age.

*Enallagen admittunt hæc uerba cum interiectionis induunt naturam, amabo blandientis, & amantis, ut Cice. dic amabo, & cum accusatiuo, amabo te, incumbe in eam rem.*

Linacer, lib. 5. *Adrianus obsecro, sodes, sultis, sis, hortantis uerba composita à si audis, si uultis, si uis, uidetur his confine, capsis, ex tribus vocibus cape, si uis.* Fabius. lib. 1. cap. 5. *in fine.*

*Age, agite, agedum, suum peculiarem numerum in hortando habent, age iungitur singulari &, & plurali, agite tantum plurali, agedū utriq; & agitedum pluralis est.* Valla. lib. 2. cap. 16. *age uero & age, age & uade age, dicimus apage interiectio uitantis, significat alicuius rei fastidium absolute positum (penultima correpta) & apage à me, apage sis hoc est apage si uis.* Et caue *sis, & alia uerba huiusmodi,* Cice, *apage sis nunc de ratione uideamus, quasi dicat, facessant ista.* Hæc *habui discipuli charissimi, quæ de octopartium orationis constructione uestræ omnium utilitati censui perscrutanda.*

Totius Syntaxeos
Finis.

# PHRASEON LATINO HISPA- nicarum Thesau- rus.

IOANNES MAL- LARA HISPALEN. *Auctore.*

ACCESSIT TO- TIVS PROSODIAE *ratio quam breuißi- ma.*

(5)

# IOANNES
## MALLARA SVIS
### DISCIPVLIS.
### S. P. D.

